UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Sapientia

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

gnum in veteribus Antiochi numis adhuc cernitur, quod ſignum mathematici à quinq; angulis. *Pentagonum* vocant. *Erud. quidam. l.2. Hieroglyph. p.583.C.*

Vide Medicus, Morbus, Mors, Vita.

Sapientia.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLOG.

SApientia, Græce σοφία, ας ἡ & σοφὸς, ȣ̃, ὁ, ſapiens dicitur. Hebr. Sapientia. *Chochmach* dicitur, à verbo *Chacham*, Sapiens fuit, ſapuit mente, ſapienter egit.

Eſt autem ſapientia multarum & mirabilium rerum ſcientia. *ſecundum Ariſt. lib. Rhetor.*

Sapientia eſt cognitio primarum & altiſſimarum cauſarum. *ſecundum Ariſt. lib.1. Metaph.*

Sapientia eſt ſcientia ſempiternorum. *ſecund. Alpharab. lib. de diuiſ. philoſoph.*

Sapientia eſt rerum diuinarum & humanarum ſcientia cognitioque, quæ cauſa cuiuſque rei ſit, ex quo efficiatur, vt diuina imitetur, humana vero omnia virtute inferiora ducat. *ſecundum Cic. lib.4. Tuſc.4.*

Sapientia, qua formaliter ſapientes ſumus, eſt quædam participatio diuinæ ſapientiæ, quæ eſt Deus. *ſec. B. Thom. ſecund. Sec. quæſtio.23.*

Omnis ſapientia eſt ſcientia, in quantum eſt de concluſionib ſed differt à cæteris ſcientiis, in quantum eſt de principiis. *ſecund. B. Thom prima ſecund. q.57. art.*

Sapientia à ſcientia differre videtur; quia ſapientia eſt rerum diuinarum cognitio: ſcientia vero humanarum. Quare Auguſt. *ſuper 1. ad Corinth. cap.12.* ait: Sapientia eſt in contemplatione æternorum, ſcientia vero in occupatione temporalium. Idem Auguſtin. *libr. de Trinit.* Hæc eſt ſapientiæ & ſcientiæ recta diſtinctio, vt ad ſapientiam pertineat æternarum rerum cognitio intellectualis, ad ſcientiam vero temporalium rerum cognitio rationalis.

Sapientia à ſapio dicitur, quod eſt recte ſentio. Et qui eam profitentur, σοφοὶ, hoc eſt, ſapientes appellantur, quo nomine illi ſeptem clariſſimi viri vocati ſunt: ſcilicet *Thales Mileſius, Solon Salaminius, Chilon Lacedæmonius, Pittacus Mitylenaus, Bias Prinæus, Cleobulus Lyndius, Periander Corinthius.* Sed poſtea Pythagoras primus non ſe ſophum, ſed philoſophum appellauit, hoc eſt, non ſapientem, ſed ſapientiæ amatorem. Ita ſcientiam ipſam non ſophiam, ſed philoſophiam nuncupandam exiſtimauit, quoniam nullus hominum ſapiens eſſet, quod ſoli Deo contingit.

¶ LOCI BIBLICI.

Sapiens pro aſtuto, 2. *Sam.* 14.2. ſapientis & ſtulti collatio, *Eccleſ.* 6.8. ſapiens audit conſilia, & gaudet argui, *Prou.* 13.1. & 25.12. ſapiens vir artificioſus, *Exod.* 28.3. & 35.10. ſapientes in bono, *Rom.* 16.19. ſui amantes, *Prou.* 16.12.

Ne ſapiamus alta. *Rom.* 11.20. quomodo ſapiendum, 12.3. vt ſapiant Iudæi, optat Deus, *Deut.* 32.19.

Sapientia vera quæ, *Iob.* 28.28. *Pſalm.* 107. & 111.10. *Prouerb.* 1.7. & 28.7. *Eſa.* 14.10. *Ierem.* 9.23. 1. *Corinth.* 1.31. 2. *Corinth.* 10.17. *Rom.* 16.19. *Epheſ.* 5.15. *Philip.* 1.19. *Col.* 1.28. & 4.5. *Hebr.* 8.11. *Iac.* 1.5. & 3.17. ſapientia vera donum Dei, 1. *Reg.* 3. *verſ.* 9.12. & 4.29. 2. *Par* 9.23. *Prouerb.* 2,6, *Dan.* 2. *verſ.* 20,21 *Iac.* 1,5. ſapientia iuſtificata, & a quibus, *Luc.* 7.35. ſapientia fortitudini præſtat, *Eccleſ.* 9. *v.* 16.18. ſapientia nulla contra Dominum, *Prou.* 21,30. ſapientia carnis damnatur, *Roman.* 8,7. ſapientia mundi huius vana, & mera ſtultitia, ideoque fugienda, *Iob.* 5,13, *Prou.* 3,7, *Eſa.* 44.25, *Ierem.* 4,22, *Rom.* 1,22, & 18,25, & 12, v,36, 1, *Cor.* 1, & 9,20, & 2, *v.* 5,6, & 3,19, 2, *Cor.* 1,12, *Iac.* 3,15, ſapientia ſermonis, pro eloquentia, 1, *Cor.* 1,17, ſapientia terrena, animalis, & diabolica. *Iac.* 3,15.

Sapientiæ veræ præſtantia, *Prou.* 3, v. 11,14, & 8,12, & 16,16, *Iacob.* 3.17. ſapientiæ contemptus mors eſt, *Prou.* 8,36, ſapientiæ diuinæ origo, proprietas, laus, & vtilitas. *Deut.* 4,6, & 29,9, *Iob.* 28,20, & 32,7, *Eccleſ.* 7,12, & 5,13. *Sap.* 6,13, & 16,7, &c. & 8,1, &c. 9,10, *capitib. Eccl.* 1,1. & 3. *verſ.* 1,31, & 4, *v.* 12,28 29, & 21,12, & 44,1, &c. 39,14. *Luc.* 21.15. *Rom.* 11,33, 1, *Cor.* 1,17, & 26, & 3,19, *Col.* 2,3, *Iac.* 3. & 3,15, ſapientiæ initium timor Domini, *Pſalm.* 110,10, *Prou* 1,7, ſapientiæ & ſtultitiæ diſcrimen, *Eccl.* 2,13.

¶ SENTENTIÆ BIBLICÆ.

Sapientia diuina.

Eſt in illa ſpiritus intelligentiæ ſanctus, vnicus multiplex. *Sapient.* 7.

Omnibus mobilibus mobilior eſt ſapientia. *Ibid.*

Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis, & ingreſſus illius mandata æterna. *Eccl.* 1.

Ego ex ore Altiſſimi prodiui primogenita ante omnem creaturam. 42.

Qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio. 1. *Cor.*

Vera à Deo acquiritur.

Quia poſtulaſti verbum hoc, & non petiſti tibi dies (ait Dominus Salomoni) multos, nec diuitias, aut animas inimicorum, ſed poſtulaſti tibi ſcientiam ad diſcernendum iudicium ... feci tibi ſecundum ſermones tuos. 3. *Reg.* 3.

Sapientia vbi inuenitur, & quis eſt locus intelligentiæ? ... ſcit homo pretium eius, nec inuenitur in terra ſuauiter viuentium. *Iob.* 28.

Trahitur ſapientia de occultis. *ibid.*

Super inimicos meos prudentem me feciſti. *Pſalm.* 118.

Timor Domini principium ſapientiæ. *Prou.* 1.

Fili mi, ſi ſuſceperis ſermones meos, & mandata mea abſconderis penes te, vt audiat ſapientiam auris tua, inclina cor tuum ad cognoſcendam prudentiam. Si enim ſapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ, ſi quæſieris eam quaſi pecuniam, & ſicut theſauros effoderis illam, tunc intelliges timorem Domini, & ſcientiam Dei inuenies: quia Dominus dat ſapientiam, & ex ore eius prudentia & ſcientia. 2.

Principium ſapientiæ timor Domini. 9.

Si retuſum fuerit ferrum, & hoc non vt prius; ſed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur, & poſt induſtriam ſequetur ſapientia. *Eccleſ.* 10.

In maleuolam animam non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. *Sap.* 1.

Clara eſt, quæ nunquam marceſcit ſapientia; & facile videtur ab his, qui diligunt eam, & inuenitur ab his, qui quærunt illam. Præoccupat, qui ſe concupiſcunt, vt illis ſe prior oſtendat. 6.

Propter hoc optaui, & datus eſt mihi ſenſus, & inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ. 7.

Cum ſit vna, omnia poteſt, & in ſe permanens, omnia innouat, & per nationes in animas ſanctas ſe transfert. *ibid.*

Omnia ſapientia a Domino eſt, & cum illo fuit ſemper, & eſt ante æuum *Eccl.* 1.

Fili, concupiſcens ſapientiam, conſerua iuſtitiam, & Deus præbebit illam tibi. *ibid.*

Si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam, & ſi dilexeris audire, ſapiens eris. 6.

Non erudietur, qui non eſt ſapiens in bono. 21.

Sapientiam ſcribe in tempore vacuitatis, & qui minoratur actu ſapientiam percipiet: quia ſapientia replebitur. 38.

Sapientiam omnium antiquorum exquiret ſapiens, & in prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conſeruabit, & in verſutias parabolarum ſimul introibit. 39.

Omnia Dominus fecit, & pie agentibus dedit ſapientiam.

Quis aſcendit in cœlum, & accepit in eam & eduxit eam de nubibus? Quis transfretauit mare, & inuenit illam? Non est qui poſſit ſcire vias eius. *Bar.* 3.

Sit nomen Domini benedictum à ſeculo, & vſq; in ſeculum: quia ſapientia & fortitudo eius ſunt. *Dan.* 2.

Confiteor tibi Pater Domine cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Matthæi 11.

Aſtulto deſpicitur.

Sapientiam atq; doctrinam ſtulti deſpiciunt. *Prou.* 1.

Sapientiam & diſciplinam qui abiicit, infelix eſt. *Sap.* 3.

Quam aſpera eſt valde imperitis ſapientia: nullus excors perdurat apud eam. *Eccl.* 6.

Non eſt enim populus ſapiens, propterea non miſerebitur eius qui fecit eum. *Eſa.* 27.

Et populus non intelligens vapulabit. *Oſe.* 4.

A bono exquiritur, quia bene ordinatur ad Deum.

Hæc eſt enim veſtra ſapientia & intellectus coram populis, vt audientes vniuerſa præcepta hæc, dicant: En populus ſapiens & intelligens, gens magna. *Deut.* 4.

Et dixit homini: Ecce timor Domini ipſa eſt ſapientia: & recedere à malo intelligentia. *Iob.* 28.

Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ. *Prou.* 3.

Sapiens timet, & declinat à malo. 14.

Neminem diligit Deus, niſi eum, qui cum ſapientia inhabitat. Eſt enim hæc ſpecioſior ſole. *Sap.* 7.

Initium ſapientiæ timor Domini. *Pſalm.* 110.

Radix ſapientiæ eſt timere Deum, & rami illius longæui. *Eccleſ.* 1.

Sapientia & diſciplina, timor Domini. *ibid.*

Beatus vir, qui in ſapientia morabitur. *ibid.*

Et non eſt ſapientia, nequitiæ diſciplina: & non eſt cogitatio nis, peccatorum prudentia. 14.19.

Conſummatio timoris Dei ſapientia & ſenſus. 21.

Sapiens non odit mandata & iuſtitia. 33.

Cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in conſpectu Altiſſimi deprecabitur. Si enim Dominus magnus voluerit, ſpiritu intelligentiæ replebit illum, & in oratione confitebitur Domino. 39.

Videte fratres, quomodo caute ambuletis, non quaſi inſipientes

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

… ſapientes, redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt.

… prudentes, & vigilate in orationibus. 1. *Pet*. 4.

Erga ſeipſum.

… ſapiens apud temetipſum. *Prou*. 3.

… ſapientia callidi eſt intelligere viam ſuam, & prudentia ſtultorum … ans. 14.

… prudentis lucet ſapientia 17.

… ſapientis tanquam inundatio abundabit. *Eccl*. 21.

… per gratiam, quæ data eſt mihi: Non plus ſapere quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem. *Rom*. 12.

… eſſe prudentes apud vosmetipſos. *ibid*.

… vos ſapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo. 16.

… quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſeculo ſtultus fiat, vt … ſapiens, 1. *Cor*. 3.

Ad proximum verbo.

… ſapientiæ fili mi, & lætifica cor meum, vt poſſis exprobranti reſpondere ſermonem. *Prou*. 27.

Tempus & reſponſionem cor ſapientis intelligit. *Eccl*. 8.

Verba oris ſapientis gratia. 10.

… lingua ſapientia dignoſcitur, & ſenſus, & doctrina, & ſcientia … verbo ſenſati. *Eccl*. 4.

Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit. 20.

Sapiens in verbis producet ſeipſum, & homo prudens placebit … magnatibus. *ibid*.

Sapientia abſcondita, & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſque? Melior eſt, qui celat inſipientiam ſuam, quam qui abſcondit ſapientiam ſuam, *ibid*.

… prudentis quæritur in Eccleſia, & verba illius cogitabunt in cordibus ſuis. 21.

… ſapiens implebitur benedictionibus, & videntes illum, laudabunt. …

Quia in omnibus diuites facti eſtis in omni verbo, & in omni ſcientia. 1. *Cor*. 1.

Opere.

Sapiens corde præcepta ſuſcipiet. *Prou*. 10.

Via ſtulti recta in oculis eius: qui autem ſapiens eſt, audit conſilia.

Sapientia hominis lucet in vultu eius. *Eccl*. 8.

Homo ſapiens in omnibus metuit, & in diebus delictorum attendit ab inertia. Omnis aſtutus agnoſcit ſapientiam, & inuenienti eam dabit confeſſionem. *Eccl*. 18.

Diſciplinam in pace conſeruate filii. 41.

Quis ſapiens & diſciplinatus inter vos: Oſtendat ex bona conuerſatione operationem in manſuetudine ſapientiæ. *Iac*. 3.

Decorat in bonis gratia.

Beatus homo, qui inuenit ſapientiam, & qui affluit prudentia. Melior acquiſitio eius negotiatione auri & argenti primi & puriſſimi fructus eius. Pretioſior eſt cunctis opibus: & omnia, quæ deſiderantur, huic non comparari. *Prou*. 3.

Si ſapiens fueris, tibimetipſi eris. 9.

Hoc plus habet eruditio & ſapientia quod vitam tribuunt poſſeſſori ſuo. *Eccl*. 7.

Super ſalutem & ſpeciem dilexi illam, & propoſui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile eſt lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honeſtas per manus illius. *Sap*. 7.

Et ſapiens animæ ſuæ ſapiens, & fructus ſenſus illius laudabilis. *Eccl*. 32.

Sapiens in populo hæreditabit honorem, & nomen illius erit viuens in æternum. *ibid*.

In bonis naturæ.

Si intrauerit ſapientia cor tuum, & ſcientia animæ tuæ placuerit, conſilium cuſtodiet te, & prudentia ſeruabit te, vt eruaris a via mala, & ab homine, qui peruerſa loquitur. *Prou*. 2.

Gloriam ſapientes poſſidebunt. 3.

Melior eſt ſapientia cunctis opibus pretioſiſſimis; & omne deſiderabile ei non poteſt comparari. 8.

Vir ſapiens & fortis eſt: & vir doctus, robuſtus & validus. 24.

Vtilior eſt ſapientia cum diuitiis, & magis prodeſt videntibus ſolem. *Eccl*. 7.

Sapientia confortauit ſapientem, ſuper decem principes ciuitatis. *ibid*.

Et diuitiæ appetuntur in vita, quid ſapientia locupletius, quæ omnia operatur? *Sap*. 8.

Sapientia mala ſiue mundana Deum prouocat.

Melior eſt homo, qui minuitur ſapientia, & deficientes ſenſu in timore Dei, quam qui abundat ſenſu, & tranſgreditur legem Altiſſimi. *Eccl*. 19.

Væ qui ſapientis eſtis in oculis veſtris! & coram vobiſmetipſis prudentes. *Iſa*. 5.

Et fiduciam habuiſti in malitia tua, & dixiſti: non eſt qui videat me. Sapientia tua, & ſcientia tua hæc decepit te. 47.

Quomodo dicitis: Sapientes nos ſumus, & lex Domini nobiſcum eſt? *Ier*. 8.

Non alta ſapientes, & humilibus conſentientes. *Rom*. 12.

Perdam ſapientiam ſapientium, & ſapientiam prudentium reprobabo. Nonne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi? Nam quia in Dei ſapientia non cognouit mundus per ſapientiam Deum: placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere credentes. 1. *Cor*. 1.

Peccatum multiplicat.

Non eſt ſapientia nequitiæ diſciplina, & non eſt cogitatus bonus peccatorum prudentia. Eſt nequitia, & in ipſa execratio, & eſt inſipiens, qui minuitur ſapientia. Eſt ſolertia certa & ipſa iniqua. *Eccl*. 19.

Sapientes ſunt, vt faciant mala: bene autem facere neſcierunt. *Ierem*. 4.

Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. *Rom*. 1.

Prudentia carnis mors eſt: prudentia autem ſpiritus vita & pax. Quoniam ſapientia carnis inimica eſt Deo: legi enim Dei non eſt ſubiecta, nec enim poteſt. 8.

Scientia inflat, charitas vero ædificat. Si quis autem ſe exiſtimat aliquid ſcire, nondum cognouit, quemadmodum oporteat eum ſcire. 1. *Cor*. 8.

Ipſum hominem infamat.

Vidiſti neminem ſapientem ſibi videri, magis illo ſpem habet inſipiens. *Prou*. 26.

Sapiens pauper ſcrutabitur diuitem, 28.

Non erudietur, qui non eſt ſapiens in bono. Eſt autem inſipientia, quæ abundat in malo *Eccl*. 21.

Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia. *Ier*. 51.

Sapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum. 1. *Cor*. 3.

¶ SENTENTIÆ PATRVM.

Qui ſe diligit ſtultum, non proficiet ad ſapientiam: nec fiet quiſque qualis eſſe cupit, niſi oderit qualis eſt. *Aug. de ver. relig.*

Non aliam putes eſſe ſapientiam, niſi veritatem, in qua tenetur & cernitur ſummum bonum, nullo loco eſt, nuſquam deeſt, foris admonet, intus docet, dementes in ſe omnes in melius commutat, à nullo in deterius commutatur: nullus de illa bene iudicat. *De libr. arbit.*

Hæc tota ſcientia magna hominis, ſcire, quia ipſe nihil eſt per ſe, & quoniam quicquid eſt, ex Deo eſt, & propter Deum eſt. *In Pſal.* 70.

Hæc eſt ſapientiæ & ſcientiæ recta diſtinctio, vt ad ſapientiam pertineat æternarum rerum cognitio intellectualis, ad ſcientiam vero temporalium cognitio rationalis. *Lib. de Trin.*

Sapienti nihil alienum, niſi quod virtuti incongruum: quocumq; acceſſerit, ſua omnia, totus ei mundus poſſeſſio eſt: quoniam toto eo quaſi ſuo vtitur. *Amb. epiſt. 39. ad Conſtant.*

Vbicunque acceſſerit ſapiens, vbique ciuis eſt, vbique ſua eſſe intelligit, nuſquam ſe peregrinum, nuſquam hoſpitem ſe iudicat. *ibidem.*

Qui theſauros effodit, terram reiicit, foueam in altum facit, ſedulus inſiſtit, donec inueniat, quod quærit: ſic qui theſauros ſapientiæ inuenire deſiderat, omne pondus terrenum à ſe reiiciat, in ſe foſſam humilitatis faciat, nec quieſcat, donec inueniat. *Gloſ. Hier. ſup. Prou.* 2.

Nihil magis ad ſpem percipiendæ ſapientiæ mentes erigit, quam quum eos, quos in ſapientia clareſcere miramur, aliquando paruulos & indoctos fuiſſe meminimus. *Gloſ. in 4.7. Prou.*

Huius mundi ſapientia eſt, cor machinationibus regere, ſenſum verbis velare, quæ falſa ſunt, vera oſtendere: quæ vera ſunt, falſa demonſtrare: hæc nimirum prudentia vſu iuuenibus ſcitur, hæc à pueris pretio diſcitur: hanc qui neſciunt, cæteros deſpiciendo ſuperbiunt: hanc qui neſciunt, ſubiecti & timidi in aliis mirantur: hæc ſibi obſequentibus præcipit honorum culmina quærere, adepta temporalis gloriæ vanitate gaudere, interrogata ab aliis mala multiplicius reddere: quum vires ſuppetunt, nullis reſiſtentibus cedere: quum virtutis poſſibilitas deeſt, quicquid per malitiam explere non valent, hoc in pacifica bonitate ſimulare. *Gloſ. in 1 Chron.*

Iuſtorum ſapientia eſt, nil per oſtentationem fingere, ſenſum verbis aperire: vera vt ſunt deligere, falſa deuitare, bona gratis exhibere, mala libentius tolerare, quam facere, nullam iniuriæ vltionem quærere, pro veritate contumeliam lucrum putare: ſed hæc iuſtorū ſimplicitas deridetur: quia & à mundi ſapientibus puritas virtutis fatuitas creditur. Quid namque ſtultius videtur mundo, quam mētem verbis oſtendere? nihil machinatione callide ſimulare? nullas iniurias contumelias reddere? pro maledicentibus orare? paupertatem quærere? poſſeſſa relinquere? rapienti non reſiſtere? percutienti maxillam alteram præbere? *Greg. 10. c. 27. Mor.*

Ad veram ſapientiam peruenire non poſſunt, qui falſæ ſuæ ſapientiæ fiducia deſipiunt. *In Mor.*

Summa cura prouidendum eſt, ne accepta ſapientia, cum ignorantiæ tenebras illuminat, lumen humilitatis tollat: & iam ſapientia eſſe nequit, quæ etſi locutionis virtute fulgebat, elationis tamen velamine cor loquentis obſcurat. *ibid.*

Vera ſcientia afficit, non extollit, nec ſuperbientes, quos impleuerit, ſed lamentauerit facit, qua quiſque quum repletus fuerit,

rit, priori loco, ſe ſcire appetit, & iam ſui conſcius, tanto per illam robuſtius ſapit, quanto ſe infirmum in illa verius recognoſcit. *In Moral.*

Prima ſapientia eſt, vita laudabilis, & apud Deum pura mens, per quam puri puro iunguntur, & ſancti ſancto ſociantur, *Nazian. in apolog.*

Ille mihi videtur eſſe ſapiens, qui pauca quidem de virtute animi commouet & proloquitur, plura autem in ſuis actibus atq; operibus oſtendit, & fidem verbis operum ſuorum ſtipulatione confirmat. *Greg. in Mor.*

Sapientia illa clara eſt, non quæ in verbis volat, ſed quæ virtutib. conſtat. *ibid.*

Sæpe dum quoſdam maior ſcientia erigit, à cæterorum ſocietate ſe diſiungunt, & quaſi quo plus ſapiunt, eo à concordiæ virtute deſipiſcunt: ſed hi audiant, quid per ſemetipſam veritas dicat: Habete ſal in vobis, & pacem habete inter vos. Sal quippe ſine pace, non virtutis eſt donum, ſed damnationis argumentum. Quo enim quiſq; melius ſapit, eo deterius delinquit, & idcirco inexcuſabiliter meretur ſupplicium, quia prudenter, ſi voluiſſet, potuit vitare peccatum. *in paſt.*

Ille ſcire Deum familiarius appetit, qui præ amore pietatis neſcire deſiderat: quod carnaliter ſciuit. *in Mor.*

Vides, quod non probat multa ſcientem, ſi modum ſciendi neſcierit. Vides, quomodo fructum & vtilitatem ſcientiæ in modo ſciendi conſtituit. Quid ergo dicit? niſi vt ſcias, quo ordine, quo fine quæque noſſe oporteat: quo ordine? vt illud prius, quod maturius mouet ad ſalutem: quo ſtudio? vt illud ardentius, quod vehementius ad amorem: quo fine? vt non ad inanem gloriam, curioſitatem, aut aliquid ſimile, ſed tantum ad tuam & aliorum ædificationem. *Bern. ſup. Cant. ſerm. 36.*

O vtinam ſaperes, & intelligeres, ac nouiſſima prouideres, ſaperes, quæ Dei, ſunt: intelligeres quæ mundi ſunt: prouideres quæ inferni ſunt: profecto inferna horreres, ſuperna appeteres, quæ ad manus ſunt, contemneres, *in quadam epiſt.*

Nihil ſapientia ardentius diligitur, nihil dulcius poſſidetur. Hinc eſt, quod ſapientes homines eſſe volunt, pauci tamen ſapientes eſſe poſſunt. iuſti autem omnes eſſe potuiſſent, ſi eſſe iuſti perfecte voluiſſent. Sapientiam & multum diligere potes, & ipſa carere potes: ſed quanto amplius iuſtitiam dilexeris tanto iuſtior eris. *Richard. de contempl. c. 1.*

Otium ſtultitiam, labor ſcientiam generat. Scientiæ labor in tria diuiditur, ſcilicet in laborem diſciplinæ, exercitii & doctrinæ. In pueritia labor diſciplinæ, in iuuentute exercitii, in ſenio doctrinæ: vt quæ neſcit: in pueritia diſcat, quæ didicit, in iuuentute ad vſum ducat, quod ad vſum duxerit, in ſenio doceat. *Hug. de clauſt. anim. lib. 1.*

¶ Sententiae Poeticae.

Heſiodus.

Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει.
Φρασσάμενος τά κ' ἔπειτα, καὶ ἐς τέλος ἦσιν ἀμείνω.
Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ὃς δέ κε μήτ' αὐτὸς νοέῃ, μήτ' ἄλλου ἀκούων
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὃ δ' αὖτ' ἀχρήιος ἀνήρ.
Hic quidem optimus, qui per ſe omnia cognoſcit.
Intelligens ſequentia, & quæ in fine futura ſint meliora:
Bonus autem rurſus & ille, qui bene monenti paret.
Qui vero per ſe cognoſcet, neque alium audire
In animo propoſuerit, hic ſane inutilis vir.

Phocylides.

Τὴν σοφίην σοφὸς ἰθύνει, τέχνας δ' ὁμότεχνος.
Sapientiam ſapiens dirigit, artes autem coartifex,
Τῆς δὲ θεοπνεύστου σοφίης λόγος ἐστὶν ἄριστος.
A Deo inſpiratæ ſapientiæ ſermo eſt optimus.
Βέλτερος ἀλκήεντος ἔφυ σοφισμένος ἀνήρ,
Ἀγροὺς καὶ πόλιας σοφία καὶ νῆα κυβερνᾷ,
Melior forti eſt ſapiens vir.
Agros enim & ciuitates ſapientia & nauem gubernat.

Menandri.

Οὐκ ἔστι σοφίας κτῆμα τιμιώτερον,
Non eſt ſapientia poſſeſſio pretioſior.
Σοφία γάρ ἐστι μαθεῖν ὃ μὴ νοεῖς.
Sapientia enim eſt, & diſcere quod neſcis,
Σοφῷ παρ' ἀνδρὶ πρῶτον εὑρέθη λόγος
Sapientem apud virum primum inuentus eſt ſermo.
Σοφὸς γὰρ οὐδεὶς ἅπαντα προσκόπτει.
Sapiens enim nullus, qui omnia offendit.
Σοφία δὲ πλούτου κτῆμα τιμιώτερον.
Sapientia diuitiis poſſeſſio pretioſior.
Σοφοῖς παρ' ἀνδρὸς χρὴ σοφὸν μανθάνειν.
Sapienti à viro oportet ſapientem quid diſcere
Σοφοὶ δὲ συγκρύπτουσιν οἰκείας βλάβας.
Sapientes autem occultant propria damna.
Ἄριστόν ἐστι πάντ' ἐπίστασθαι καλά.
Optimum eſt omnia ſcire pulchra.
Μισῶ σοφιστήν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός.
Odi ſapientem, qui non ſibi ipſi ſapiens eſt.

Boet. 4. 1.

Sunt etenim pennæ volucres mihi,
Quæ celſa conſcendant poli:
Quas ſibi cum velox mens induit,
Terras perosa deſpicit.

Horat. 1. Epiſt. 1.

Virtus eſt vitium fugere! & ſapientia prima
Stultitia caruiſſe.

Iuuen. 13.

Magna quidem, ſacris quæ dat præcepta libellis,
Victrix fortunæ ſapientia.

Iuuen. 3.

Plurima felix.
Paulatim vitia, atque errores exuit omnes.
Prima docens rectum ſapientia,

Lucret. 2.

Sed nil dulcius eſt, bene quam munita tenere
Edita doctrina ſapientum templa ſerena.
Deſpicere vnde queas alios paſſimque videre
Errare atque viam palantes quærere vitæ,
Certare ingenio, contendere nobilitate.
Noctes atque dies niti præſtante labore.
Ad ſummas emergere opes, rerumque potiri.

Plaut. Trin.

Sapientia ætas condimentum eſt: ſapiens ætati cibus eſt.

Plaut. Trin.

Non ætate, verum ingenio adipiſcitur ſapientia,

Lucret. lib. 5.

Quis potis eſt dignum pollenti pectore carmen
Condere pro rerum maieſtate, hiſque repertis?
Quiſve valet verbis tantum, qui fingere laudes
Pro merito eius poſſit, qui talia nobis
Pectore parta ſuo, quæſitaque præmia liquit?
Nemo, vt opinor, erit mortali corpore cretus.
Nam ſi, vt ipſa petit maieſtas cognita rerum,
Dicendum eſt, Deus ille fuit, Deus inclyte Memmi,
Qui princeps vitæ rationem inuenit eam, quæ
Nunc appellatur Sapientia, quique per artem
Fluctibus è tantis vitam, tantiſq; tenebris
In tam tranquillo, & tam clara luce locauit,
Confer enim diuina aliorum antiqua reperta.
Namque Ceres fertur fruges, Liberque liquoris
Vitigeni laticem mortalibus inſtituiſſe.
Cum tamen his poſſet ſine rebus vita manere:
Vt fama eſt aliquas etiam nunc viuere gentes.
At bene non poterat ſine puro pectore viui.
Quo magis hic merito nobis Deus eſſe videtur,
Ex quo nunc etiam per magnas dedita gentes
Dulcia permulcent animos ſolatia vitæ.
Herculis antiſtare autem ſi facta putabis:
Longius à vera multo ratione ferere.

Horat. 1. Epiſt. 1.

Ad ſummam ſapiens vno minor eſt Ioue diues.
Liber, honoratus, pulcher, Rex denique Regum.

Sen. Hip. act. 2.

Qui ſapiens bono
Confidit fragili? dum licet, vtere.

Teren. Phor. 5. 4.

Quam ſcitum eſt, eiuſmodi parare in animo cupiditates
Quas, cum res aduerſæ ſient, paulo mederi poſſis.

Idem Hec. 3. 4.

Iſtuc eſt ſapere, qui vbicunq; opus ſit, animum poſſis flectere

Plaut. Bach.

Nullus frugi eſſe poteſt homo, niſi qui & bene, & male tenet.
Frugi conuenit eſſe hominem pectus cui ſapit.
Bonus ſit bonis, malus ſit malis: vtcunq; res ſit, ita animum habeat.

Teren. Adelph. 3. 4.

O Demea!
Illud eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt
Videre, ſed etiam illa, quæ futura ſunt,
Proſpicere.

Ter. Phor. 3. 3.

Ah! dictum ſapienti ſat eſt.

Ter. Eun. 4. 7.

Conſilia omnia verbis prius experiri, quam armis ſapientem decet.

Manil. 2. lib. Aſtro.

Hæc ego diuino cupiam cum ad ſidera flatu.
Ferre, nec in turbam, nec turbæ carmina condam, &c.
Sed cœlo noſcenda canam mirantibus aſtris,
Et gaudent ſui mundo per carmina vatis,
Vel quibus illa ſacros non inuidere meatus
Notitiamq; ſui, minima eſt quæ turba per orbem.

Anthol.Sac.Iac.Bill.

Vera ſapientis,atq; item mali viri definitio.

Quis mihi ſit dignus ſapientis nomine quæris?
Accipe: cui virtus iam ſapit ille ſapit.
Mille etenim videas, quibus eſt chariſſima virtus.
Nec tamen his virtus dulce perinde ſapit.
Quæris item: dici quis poßit iure malignus?
Scilicet is vitii quem ſapor ipſe iuuat.
Nam rapit in vitium multos inſana libido.
Non ſapor & vitii pernitioſus amor.

PHILOSOPHORVM SENTENTIÆ.

...tem perfecte eſſe non poſſe dicit Plato, niſi cæteris ingenio ... & artibus & prudentiæ partibus imbutus ſit. Deniq; ſapiēs ... cundis rebus effertur, nec contrahitur in aduerſis,cum ſe ... tis ſuis inſtructum ſciat, vt ab his nulla vi ſegregetur: hunc ... ſolum inferre, ſed nec quidem referre oportet iniuriam. *...leius de dogm. Plat.*

...nim primum cenſes apud improbos mores laceſſitam pe... ſe ſapientiam. Nonne apud veteres quoque ante noſtri Pla... tatem, magnum ſæpe certamen cum ſtultitiæ temeritate ... mus? Eodemque ſuperſtite, Præceptor eius Socrates iniuſte ... m mortis, me adſtante promeritus. *Boet. de conſol. philoſ. l.1.*

... hanc ſententiam Platonis ore ſanxiſti, Beatas fore Reſpubl. ... ſtudioſi ſapientiæ regerent, vel earum rectores ſtudere ſa... contigiſſet. Tu eiuſdem viri ore hanc ſapientibus capeſſen... necessariam cauſam eſſe nouiſti, ne improbis flagitioſiſ... ibus, vrbium relicta gubernacula, peſtem bonis ac pernitiem ... *Idem lib.1. proſa.4.*

... ille ilam Platonis eſſe ſententiam liquet, ſolos eos quod ... facere poſſe ſapientes. Improbos vero exercere quidem ... quod vero deſiderent, explere non poſſe. Faciunt enim ... dum per ea quibus delectantur, id bonum quod deſide... adepturos putant. Sed minime adipiſcuntur, quoniam ad ... dinem probra non veniunt. *Boet. lib.4. proſ.2.*

... & excellenti ingenio viri, cum ſe doctrinæ penitus de... quidquid laboris poterat impendi, contemptis omnibus & ... & priuatis actionibus: ad inquirendæ veritatis ſtudium ſe ... existimantes multo eſſe præclarius, diuinarum huma... rerum inueſtigare ac ſcire rationem, quam aut ſtruendis ... cumulandis honoribus inhærere. Quibus rebus, quoniã ... terrenæque ſunt, & ad ſolius corporis pertinent cultum, ... nemo iuſtior effici poteſt. Erant quidem illi veritatis ... dignisſimi, quam ſcire tantopere cupierunt, atque ita, ... rebus omnibus anteponerent. *Lactan. Firm. diuin. inſt. adu. ... princ.*

... ergo pigeat ad percipiendam ſapientiæ diſciplinam, audien... legendi patientiam commodare. *Idem Firm. ibid. c.2.*

... enim religio vlla ſine ſapientia ſuſcipienda, nec vlla ſine reli... probanda ſapientia. *Idem lib.1. c.2.*

... mus ſapientiæ gradus eſt, falſa intelligere: Secundus vera co... qua cognitione veri, nulla eſt hominum iucundior volu... quam cognoſcendam propius accedamus. *ibid. c.23.*

... intelligere, eſt quidem ſapientiæ: ſed humanæ: vltra gra... ab homine procedi non poteſt. *idem lib.2. c.2.*

Omnis ſapientia hominis in hoc vno eſt, vt Deum cognoſcat & ... hoc noſtrum dogma, hæc ſumma eſt. Quanta itaq; voce poſ... teſtificor, proclamo, denuntio. Hoc eſt illud, quod Philoſophi ... in tota ſua vita quæſierunt, nec vnquam tamen inueſtigare, ... prehendere, tenere valuerunt: quia religionem aut prauam re... aut totam penitus ſuſtulerunt. Qui vult igitur ſapiens ac ... eſſe, audiat Dei vocem: diſcat iuſtitiam, Sacramentum natiui... noſcat, humana contemnat, diuina ſuſcipiat, vt ſummum ... bonum, ad quod natus eſt, poſſit adipiſci. *Idem lib.3. c.30.*

Nihil ſapienti neceſſe eſt. *Sen. ad Luc. epiſt.9.*

Non conturbat ſapiens publicos mores, nec populum in ſe, vitæ ... conuertet. *idem epiſt.17.*

Hoc ſcio, neminem poſſe bene viuere, ſed nec tolerabiliter ſine ſa... ſtudio. Cum omnia habueris, tunc & habere ſcientiam voles ... ſapientiam, hæc erit vltimum vitæ inſtrumentum. *Idem ad Luc. ...*

Quid eſt ſapientia? Semper idem velle atque idem nolle. Licet ... exceptiunculam non adiiciam, vt rectum ſit quod velis. *Idem ... 20.*

Sapiens ad omnem incurſum munitus, & intentus eſt, non ſi pau... non ſi luctus, non ſi ignominia, non ſi dolor impetum faciat, ... referet: Interritus contra illa ibit, & inter illa. Sapiens plenus ... gaudio, hilaris & placidus, & inconcuſſus, cum diis ex pari viuit. *... epiſt.60.*

Non enim viuere bonum eſt, ſed bene viuere. Itaque ſapiens vi... quantum debet, non quantum poteſt: videbit vbi victurus ſit, ... quibus, quomodo, quid acturus, cogitat ſemper qualis vita, ... quanta ſit. Sapiens enim vincit virtute fortunam. *Idem epiſt.72.*

Præcogitati mali mollis ictus venit, ideo ſtultis & fortunæ credentibus, omnis videtur noua rerum & inopinata facies. Sapiens autem aſſueſcit futuris malis, & quæ alii diu patiendo leuia faciunt, hic leuia facit diu cogitando. *Idem ad Luc. eſt.77.*

Sapientia rectrix dominaq; eſt. *Idem epiſt.85.*

Sapientis facilis victus eſt. *Idem epiſt.29.*

Puto multos ad ſapientiam potuiſſe peruenire, niſi putaſſent ſe perueniſſe. Onerat diſcentem turba librorum, non inſtruit, multoq; ſanctius eſt paucis authoribus te tradere quam errare per multos. *Idem de tranquil. anim.*

Οὐ μετανοεῖν, ἀλλὰ προνοεῖν χρὴ τὶς ἄνδρα τὸν σοφόν.

Non re facta, ſed multo ante deliberandum eſt viro ſapienti. *Epicharm. Siculus.*

Τοῦ σοφοῦ στόματος ἀνοιχθέντος καθάπερ ἱεροῦ, τὰ τῆς ψυχῆς καταβλέπεται ὥσπερ ἀγάλματα.

Quum ſapiens os ſuum aperuerit, tanquam templum, ibi animæ pulcherrima perſpiciuntur, *Soc. Ioa. Stob. in ſer. de Virt.*

Ηγοῦ τῶν ἀκουσμάτων πολλὰ πολλῶν εἶναι χρημάτων κρείττω, τὰ μὲν γὰρ ταχέως ἀπολείπει, τὰ δὲ πάντα τὸν χρόνον παραμένει, σοφία γὰρ μόνη τῶν κτημάτων ἀθάνατον.

Multas vtiles doctrinas multis pecuniis præſtare ducito: nam hæ facile amittuntur, illæ nunquam deſerunt. Sola enim inter omneis poſſeſſiones ſapientia immortalis eſt. *Iſoc. ad Dem.*

At nos virtutem ſemper liberam volumus, ſemper inuictam, ad eo vt nulla re vnquam terreamur: ſemperque ſimus inuicti, ita vt nihil pœniteat, nihil deſit, nihil obſtet. Etenim vt ſtultitia, etſi adepta eſt, quod concupiuit, nunquam ſe tamen ſatis conſecutam putat: ſic ſapientia ſemper contenta eſt, quod adeſt, neq; eam vnquam ſui pœnitet. *Cic. in lib.5. q. Tuſc.*

Actiones naturales non ſunt ex limitibus voluntatis noſtræ, ſed ex facultatis cuiuſque ſumma vi, ac potentia. In ſapiente multo ſunt omnia diuerſa: is etenim nec in eligendo bona fallitur, & vnum aliquod ſibi proponit, paucaſque ad illud vias, eaſque exploratas ac certas, nec permittit ſe regendum negotiis, ſed regit ipſe negotia, habetque ſe in ſuo iure ac poteſtate, vt ſurgentem vi naturæ affectũ ſtatim rationis fræno compeſcat, cogatq; recto iudicio cedere. *Lud. Viues lib.2. De anim. c. de affect.*

Sapientes exiſtima non eos, qui de rebus minutis curioſe rixantur, ſed qui de maximis rebus egregie dicunt, nec eos, qui aliis felicitatem pollicentur, cum ipſi in maximis anguſtiis viuant, ſed qui mediocria de ſe profitentur: verum & negotia dextre obire, & inter homines verſari commode poſſunt: nec in vitæ mutationibus perturbantur, ſed pulchre & moderate res tam ſecundas, quam aduerſas ferre norunt. *Iſoc. ad Nicoclem de regno.*

Immenſa illa ſapientia, quæ nec ipſo quidem vitæ exceſſu obliuiſci ſui poteſt. *Val. Max. lib.3.*

Σοφοῖς χρῶ. Sapientibus vtere. *Periander.*

Cenſeo ſapienti tria eſſe neceſſaria, Scientiam primum, deinde Opinionem, tertio Audaciam. *Plat. in Gorg.*

Conditus vero & compoſitus eſt homo in hoc, vt contempletur naturæ rerum, ipſiuſq; ſapientiæ rationem: eidemque labor iniunctus eſt comparandi contemplandiq; rerum, quæ extant, ſapientiam. *Perictyone Pythagorica, de ſapientia.*

Geometria & Arithmetica, reliquaq; in ſpeculatione ſita & ſcientiæ ſunt, & circa entia verſantur. At ſapientia circa omnia genera entium etenim occupata eſt ſapientia circa omnia, quæ ſunt, ceu viſus circa omnia viſibilia, & auditus circa omnia audibilia. Accidentium vero entium, alia quidem in vniuerſum omnibus accidunt, alia vero eorum pluribus, alia vero ſingulis. Ea itaque, quæ in vniuerſum omnibus accidunt cognouiſſe & perſpexiſſe, ſapientiæ munus eſt: ea vero, quæ pluribus, Phyſicæ eſt ſcientiæ. Propria vero cuique rei accidentia noſſe, eſt circa quid ſeparatum ſcientiæ. Ideoq: ſapientia entium omnium principia indagat: Phyſica vero eorum, quæ natura produxit: Geometria vero & Arithmetica & Muſica, quantitatis & conſonantiæ. Quiſquis igitur reſoluere potis eſt omnia genera ad vnum idemque principium, iterumque ex eo componere & enumerare, hic & ſapientiſſimus eſſe, & veriſſimus videtur: quin & pulchram ſpeculam inueniſſe, in quã poterit & Deum contemplari, omniaq; in eadem ſcire, ſunt & ordine, ab ipſo ſeiuncta. *Idem circa aqua verſetur ſapientia.*

Σωφροσύνην δ᾽ ἀνδρὸς, οὐκ ἂν ἄλλως ὀρθότερον τις κρίνειεν, ἢ ὅστις τοῦ θυμοῦ παραφρήματα ἡδοναῖς ἐμφράσσει αὐτὸς ἑαυτὸν κρατεῖν τε καὶ νικᾶν ἠδυνήθη αὐτὸς ἑαυτόν, ὃς δὲ θέλει χαρίσασθαι τῷ θυμῷ παραχρῆμα θέλει τὰ κακίω ἀντὶ ἀμεινόνων.

Sapientem virum non rectius alium iudicauerit, quam illum, qui ſeſe contra momentaneam iræ titillationem munierit, & potuerit ipſe refrenare ac vincere ſeipſum. Contra, qui iræ voluerit indulgere, huic ſane deteriora pro melioribus placent. *Antiphon.*

Θεῷ μὲν εὐδαιμοσύνα καὶ βίος ἄριστος τῷ δ᾽ ἀνθρώπῳ ἐξ ἐπιστάμας καὶ ἀρετᾶς καὶ τρίτῳ εὐτυχίας σῶμα τοῦμενα παραγίνεται λέγω δ᾽ ἐπιστάμαι, σοφίαν μὲν τῶν θείων καὶ δαιμόνων, φρόνασιν δ᾽ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν περὶ τὸν βίον.

Dei quidem felicitas atque vita optima eſt, hominis & ſcientia

tia & virtute, tertiaq; proſpera fortuna coaleſcens prouenit. Appello autem ſapientiam cognitionem numinis rerumq; diuinarum, ac prudentiam rerum humanarum, & eorum, quæ vitam ſpectant. *Arch. Pyth. in l. de vir. bon.*

Illud quidem perſpicuum eſt, ſapientiam eſſe quæ in cauſis quibuſdam principiiſque cernatur. *Lib. 1. Maior. Met. cap. 1.*

Perſpicuum eſt reliquis ſcientiis perfectione & abſolutione, præſtare ſapientiam. *Lib. 6. Eth. ca. 7.*

Sapientis eſt, non ſolum ea intelligere, quæ principiis concluduntur: ſed rerum etiam cauſas tenere: vt ſit ſapientia, intelligentia, & ſcientia: adeoque ſcientia, quæ quaſi caput in iis verſatur, quæ ſunt in rerum natura præſtantiſſima. *Lib. 6. Ethic. c. 7 & lib. 1. Magn. Mora. c. 34.*

Nonnullarum rerum eget ſapiens demonſtratione. *Lib. 6. Ethi. cap. 6.*

Eſt ſapientis in re quaque officium, vt rogatus de iis rebus, quarum habet ſcientiam, nil falſum dicat: vt ſi quem in errore verſari ſenſerit, illum coarguat, & de falſa opnione dedocat. *Libr. 1. de Repreh. Soph. cap. 2.*

Sapientem primum quidem penitus ac maxime omnia tenere quoad eius fieri poteſt, cenſemus: ita tamen, vt ea ſingulari ſcientia minime comprehendat: deinde, eum ſapientem eſſe iudicamus, qui & arduas & difficiles poſſit cognoſcere, & res eas quas non facile homo cognoſcat. *Lib. 1. Maior. Met. c. 2.*

Sapientiam in artibus iis tribuere ſolemus: qui in quaque parte excellunt maxime, vt Phidiam ſapientem lapidum ſculptorem & Polycletum ſtatuarium ſapientem nominamus. In quo ſapientiam nihil aliud eſſe ſignificamus, niſi artis virtutem & præſtantiam. *Lib. 6. Eth. c. 7.*

Quoniam principari iucundiſſimum eſt: ideo ſapere etiam iucundum videtur. Nam ſapere principantis eſt. Sapientia autem multarum ac mirabilium rerum ſcientia eſt. *Lib. 1. Rhethor. ad Theodect. ca. 11.*

Tribus rebus probitatem ſapientiamq; adipiſcimur, Natura, More, atq; Ratione, *Lib. 7. de Repub. c. 13.*

Mater omnium bonarum artium eſt ſapientia, à cuius amore Græco verbo Philoſophia nomen inuenit, quia nihil à diis immortalibus vberius, nihil florentibus, nihil præſtabilius hominum generi eas datum eſt. Hæc enim vna, nos cum cæteras res omnes, tum quod eſt difficilimum docuit, vt noſmetipſos noſceremus. Cuius præcepti tanta vis, tanta ſententia eſt, vt ea non homini cuipiam, ſed Delphico Deo tribueretur. Nam qui ſeipſum norit, primum aliquid ſe habere ſentiet diuinum, ingeniumq; in ſe ſuum, ſicut ſimulacrū aliquod putabit, tantoq; munere deorum ſemper dignum aliquid, & faciet & ſentiet: & cum ſe ipſe perſpexerit, totumq; tentarit, intelliget quemadmodum à natura ſubornatus, in vitam venerit, quantaque inſtrumenta habeat ad obtinendam adipiſcendamq; ſapientiam: quoniam principio rerum omnium quaſi adumbratas intelligentias animo ac mente conceperit, quibus illuſtratus, ſapientia duce, bonum virum, & ob eam ipſam cauſam, cernat ſe beatum fore. *Cic. 1. de Legib.*

Sapientia, ars viuendi putanda eſt, quæ mœſtitiam pellit ex animis, quæ exhorreſcere metu non ſinit: qua præceptrice, in tranquillitate viui poteſt, cupiditatum ardore reſtincto, 1. *de Fin.*

Sapientia eſt ſanitas animi. 3. *Tuſc.*

Sapientia ſola eſt, quæ nos à libidinum impetu, & formidinum terrore vendicet, & ipſius fortunæ modeſte ferre doceat iniuriam, & omnes doceat vias, quæ ad quietem & tranquillitatem ferunt. 1. *de Fin.*

Sapientia hominis eſt cuſtos & procreatrix. 4. *de Finibus.*

Hæc eſt vna omnis ſcientia, non arbitrari ſeſe ſcire quod neſciat, ob eamque rem Socrates ab Apolline omnium ſapientiſſimus eſt dictus. 1. *Academic.*

Sapientia nihil eſt optabilius, nihil præſtantius, nihil homine dignius. Eſtque diuinarum & humanarum ſcientia: cuius ſtudium ſi quis vituperat, haud ſane intelligo, quidnam ſit, quod laudandum putet. 2. *Offic.*

Illa eſt præſtans & diuina ſapientia, perceptas penitus & pertractatas humanas res habere: nihil admirari cum acciderit: nihil antequam euenerit, non euenire poſſe arbitrari, 3. *Tuſc.*

Sapientia nihil eſt melius. 2. *de Nat. Deor.*

Ad Rempublicam plurima veniunt commoda, ſi moderatrix omnium rerum præſto eſt ſapientia: hinc ad ipſos, qui eam adepti ſunt, laus, honor, dignitas confluit. 1. *de Inuent.*

Oculorum eſt in nobis ſenſus acerrimus, quibus ſapientiam non cernimus: quam illa ardenteis amores excitaret ſui, ſi videretur, 2. *de Finib.*

Laudem ſapientiæ ſtatuo maximam, non aliunde pendere, nec extrinſecus aut bene aut male viuendi ſuſpenſas habere rationes. *Ad Luceium, l. 5. Famil.*

Nihil eſt turpius, quam ſapientis vitam, ex inſipientium ſermone pendere. 2. *de Finib.*

Ignobilitas, aut humilitas, aut etiam popularis offenſio, ſapientem eſſe non prohibet. 5. *Tuſc.*

Quum ſapiens & bonus vir, qualis fuit ille, ſuffragiis præteritur, non populus à bono Conſule potius, quam ille à bono populo [...] pulſam fert. 5. *Tuſc.*

Sapiens animus magnitudine conſilii, tolerantia rerum humanarū, contemptione fortunæ, virtutibus omnibus, vt mœnibus [...] tus, vinci aut expugnari non poteſt. *Paradox.* 4.

Sapientis animus nunquam eſt in vitio, nunquam turgeſcit, [...] quam tumet, nunquam ſapiens iraſcitur. 3. *Tuſc.*

Eſt ſapientis, quicquid homini accidere poſſit, præmeditari, & [...] dum modice ſi aduenerit. *Phil.* 11.

Sapienti nihil poteſt videri magnum in rebus humanis, cui [...] nitas omnis, totiuſq; mundi nota ſit magnitudo. Nam quid in [...] ſtudiis humanis, aut in tam exigua vitæ breuitate magnum ſapienti videri poteſt? qui ſemper animo ſic excubat: vt ei nihil impro[...] ſum accidere poſſit, nihil inopinatum, nihil omnino nouum, [...] dem ita in omnes partes aciem intendit, vt ſemper videat ſe[...] bi, & locum ſine moleſtia atque angore viuendi, vt quemcunq[...] ſum fortuna inuexerit, hunc apte & quiete ferat. 3. *Tuſc.*

Sapientia eſt vna quæ mœſtitiam pellat ex animis, quæ ne[...] horreſcere metu non ſinat, qua præceptrice in tranquillitate v[...] teſt omnium cupiditatum ardore reſtincto 5. *de Finib.*

Sapienti malum videri nullum poteſt, quod vacet turpi[...] aut ita paruum malum, vt id obruatur ſapientia, vixque ap[...] qui nihil opinione affingat, aſſumatque ad ægritudinem: ne[...] ter eſſe rectum, ſed quam maxime excruciari, luctuq; confic[...] prauius nihil eſſe poteſt 3. *Tuſc.*

Quiſquis eſt, qui moderatione & conſtantia polleat, qui[...] mo eſt: ſibique ipſe placatus, vt neq; tabeſcat moleſtiis, neq; [...] tur timore, nec ſitienter quid expectans, ardeat deſiderio, ne[...] critate futili geſtiens, deliqueſcat, is eſt ſapiens. 4. *Tuſ.*

Vir temperatus, conſtans, ſine metu, ſine ægritudine, ſine [...] tate vlla, ſine libidine, is eſt ſapiens. 4. *Tuſc.*

Omnes qui in rerum contemplatione ſtudia ponebant, ſapientes [...] & habebantur, & nominantur. 5. *Tuſc.*

Qui omnibus virtutibus inſtructi & ornati ſunt, cum ſapien[...] tum boni viri dicuntur. 5. *Tuſc.*

Sapientiſſimus eſt, cui quod opus ſit, ipſi venit in mentem. [...] *Cluent.*

Quicquid à ſapiente proficiſcitur, id continuo docet [...] eſſe ſuis partibus, nec ſapientis dicere, non putaram. 3. *de Finib.*

Qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe nequit, nequicquam ſapi[...] Ennius. *Ad Treba. Famil. 7. & 3. Offic. in apoph.* 120.

Sapiens non niſi cum res poſtulat, pluribus verbis quam [...] vtitut.

Fallit tragœdia tractans argumenta conficta, ſed adeo [...] ra credantur iuſtior autem ille videtur, qui fallendo prode[...] pientior eſt, qui per fictas fabulas diſcit quid ſit turpe, qu[...] neſtum.

Vir eruditus ac ſapientia præditus, non perit niſi grau[...] diſpendio.

Pro varietate occaſionum vir probus & ſapiens ſæpenumero [...] gitur mutare conſilium, quum ſcriptura nunquam mutet[...]

Sapiens vir, vates eſt optimus.

Nulla mœnia tam ſunt munita, quin machinis aut [...] bus, aut, vt nihil horum, proditione capiantur: at ſapien[...] ſunt inexpugnabilia.

Sapienti nihil peregrinum eſſe debet, niſi quod cum [...] iunctum.

Silentio ſtultitiam tegere, eſt pars aliqua ſapientiæ.

Sapiens ſecum in pectore circumfert, quo ſe commendet [...] buslibet.

Inſipientis eſt dolere amiſſis potius quam gaudere reli[...]

De Sapientia DIAL. XII.

Franciſc. Petrarch.

GAVD.

Sepientiam conſecutus ſum. R. Rem magnam, ſi vera [...] inſeparabilem à virtute. Si illam igitur approbaſſes, hæc [...] eſſet, ſed vtraque opinione aliquanto facilior eſt quam re. G. [...] piens ſum. R. Crede autem mihi: nunquam ſi vere eſſes, ha[...] res. Sapiens enim quantum eſt, quod ſibi deſit intelligit, [...] riatur itaque, ſed ſuſpirat. G. Sapientem me profiteor. R. Be[...] res, ſi tot eſſent ſapientes, quod ſapientiæ profeſſores. N[...] perdifficile eſt, hoc vero facillimum. G. Sum ſapiens. R. [...] ſapiens eſſe vis, noli id quidem opinari. Credere ſe ſapientem [...] mus ad ſtultitiam gradus, proximus eſt profiteri. G. Studui ad [...] pientiam perueni. R. Vtique ſic ad illam peruenitur. Sed an tu [...] ueneris, te cogita. Non eſt enim res ſtudii breuis, egens [...] annorum vt reliquæ artes, tota vel longiſſima opus eſt vita. [...] quis (vt aiunt) tota die currens peruenit ad veſperam, ſatis e[...] tum eſt illud Platonis, vt alia multa, præclariſſimum, quod Ci[...] roni placet, & mihi, beatum, cui etiam in ſenectute contigerit [...] ſapientiam, veraſque opiniones aſſequi poſſit. Has tu an ca[...] dio obuios habueris an neſcio quo pennato equo vectus an[...]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…es incertum, tam cito ſapiens euaſiſti? G. Sapientiæ perfe- …celitus accepi. R. Eſt fateor cœleſte donum ſapientia, ſed …re vir erat, & cœli amicus, qui licebat, non quod iam …autperfectus ſim. G. Sapientiam cupida mente compre- … Vt pecuniæ rerumque multarum mala, ſic ſapientiæ cu- … Sed an tu tantæ rei capax ſis, videto. Certe ille i- … me, inquit, non arbitror comprehendiſſe, & ille quoque …s erat, qui cum Deo de ſeipſo loquens ſic aiebat. Imper- …eum viderunt oculi tu. Hoc eſt proprium Sapientis, im- …em ſuam noſcere, ac fateri. G. Sapiens dicor. R. Non te …e alienæ vnquam voces, ſapientem fecerunt, ſed res ipſa. … vulgo dicor. R. Vulgus inſanos ſapientes dicere, & ſa- …nos, iure ſuo didicit, quod eſt, vt falſa pro veris, veraque …habeat. Nihil eſt à virtute, vel à veritate remotius quam … opinio. G. Omnes prædicant me ſapientem. Ad famam …quid. Ad ſapientiam nihil omnino Sentio autem ſuper- …bus innitaris literarum, quibus nihil eſt liberalius: non …cere ſapientes qui non ſunt, ſed egregios, & inſignes faci- …cundos, ſereniſſimos inſuper & illuſtres, vt iam ſimplex …titulus ſit pudori, qui quam paucis conueniat ſtupor eſt, … tamen inter titulos clariores, quos qui ſcribendo ſic ac- … ſciunt ſe mentiri. Sed vrbani vel mendacio fieri volunt. … non veros modo, ſed citra verum ſiſtere illos rati …rore fallimini. Nemo eſt qui de ſuis rebus interrogat. O- … de ſe credunt. Vis autem noſcere quam ſis ſapiens? verte …mo. Recordare quoties in hoc vitæ curſu ceſpitaueris, …erraueris, quoties offenſo pede cecideris, quot pudenda, …nda, quot pœnitenda commiſeris, tunc ſi audes, te dicito … credo autem non audebis. G. Scio me ſapientem. R. Li- … forſan vis dicere. Sunt enim plane literati aliqui vere, licet …pientes autem pene nulli. Aliud eſt ſapienter loqui aliud … viuere, aliud dici, aliud eſſe ſapientem. Fuere qui dicerent …m nullum. Id quam verum falſumve ſit non diſputo. Cer- … prærupta ſententia eſt, & ad deſperationem prona, & ſtu- …tia ſapientiæ. Hebræi ſapientem Salomonem ſuum prædi- … quam ſapiens eſſet, turba coniugum, pellicumque teſta- …oque maxime diis alienis cultus exhibitus. Romani ſapi- …lium, & Catonem. Græcia ipſa dum floruit ſeptem habu- … ſapientes. Ii quoq; hoc titulo indigni ſequentibus vſi e- … Qui excuſant, dicunt non eos illum ſibi titulum aſſumpſiſſe, …rantibus populis traditum poſſediſſe. Vnus tantum fuit, …ſione, ſuoque ſapiens iudicio, ſtultiſſimus omnium Epicu- … titulum cum Metrodoro participare voluit, nec honori- … donum ille reſpuit, Seque etiam ſapientem dici æquani- …, vt ſua illa qualis qualis gloria, error eſſet alterius. Vnus …piens Socrates oraculo dictus Apollinis, forſan ideo, vt v- … ſapienti proximum, falſo teſtimonio, falſus Deus ad a- …m, atq; inſolentiam irritaret. Hæc de antiquis ſapientibus di- … felicior ætas noſtra, quæ non vnum duoſve, vel ſeptem, ſed in … vrbibus, ceu pecudum greges numerat ſapientum. Nec mi- … multos eſſe, qui tam facile fiant. Venit iuuenis ſtultus ad …, præceptores illum ſui prædicant, celebrant, ſeu amore, ſeu … tumet ille, vulgus ſtupet, plaudunt affines & amici. Ipſe ſuſ- … cathedram ſcandit, cuncta iam ex alto deſpiciens, & neſcio … murmurans, tunc maiores certatim, & ceu diuina …, laudibus ad cœlum tollunt, tinniunt interim campanæ, … tubæ, volant annulli, figuntur oſcula, vertici rotundus, & …anus imprimitur. His peractis deſcendit ſapiens, qui ſtultus …. Mira prorſus transformatio, nec Naſoni cognita. Sic …die ſapientes. Verus ſapiens fit aliter. G Sapiens ſum R. So- … de ſe magnifice ſentiunt, præfidenter maiora viribus aggre- … niſu medio prolapſi, ſuo vel periculo vel pudore condiſce- … iuſti rerum æſtimatores fuerins ſuarum. Præſtat igitur (mi- …) falſas opiniones abiicere, inſolentiam deponere, inſipien- … circumſpicere, & optare, ne qua experiendæ ſapientiæ neceſſi- …, quæ declaret te de nihilo gloriatum. Hæc rectior tutior- … quærendæ ſapientiæ via eſt G. Credo ego me ad ſapientiam per- … R. At ſi mihi obſequeris, ad illam potius aſſurgendo, niten- … peruenies, quam credendo. Nihil altius aſcendit, quam hu- … operoſa.

§ Sententiæ Historicæ.

Sapiens ſecum ipſe tantum & cum Deo colloquitur. *G. Pach. hiſt* …

Sapientium hominum eſt ſtatuere res ſecundas eſſe incertas, vt … aduerſas fortius ferant. *Thucyd. li. 4.*

Sapientiæ ſtudioſi neque facinus vllum neq; audaciam, neq; vi- …, ſed id vnum ſpectanr atq; magnifaciunt, ſi quis fortuna re- …tatur, & in magnis rebus verſantem ſe moderatum præbeat. *Plut. in Dione.*

Velim nobis magnam præſtantium virorum eſſe copiam: id … ſi facto opus ſit, optauerim. At quando res hæc non votis con- …, neque forte fortuna hi obtingunt: ſed vt ad hoc natus … ita exercitatus ſit, vt in omnibus rebus proſperam fortu- nam expertus (hæc autem vni viro omnia rariſſime contingunt) ne- ceſſe eſt, ſi quis talis vir à vobis repertus fuerit, eum à vobis omni- bus vnanimi fauore ad dignitatem iſtam euehi, eſtque vobis eo vel inuito vtendum, quæuis & ei qui infert & ei qui patitur eſt hone- ſtiſſima dum alter per eam ſeruatur, alter hoc modo ciues aſſerit, in quos bonus ac ciuitatis amans vir corpus vitamque ſuam promptiſ- ſime impenderit. *Dion. lib. 36.*

Decet ſapientes non expectare dum quis ſe hoſtem profiteatur: ſed pluris facta eius quam verba facere, nec propter prætextum fictæ amicitiæ veros firmoſque amicos prodere. *Appian. lib. de bellis Mithrid.*

Deſipientium eſt malis præteritis continenter indoluiſſe & an- gi: ſapientium vero temerarios fortunæ caſus prænoſſe, & rerum vi- ciſſitudine nihil commoueri, nec cum his ſimul, quibus priuati iam ſumus, vel futurorum ſpem amittere. *Agath. hiſt. lib. 3.*

Non omnes homines ſunt ſapientes, imo pauciſſimi ſunt qui ſa- piant, & qui multum de alienis conſiliis conücere, niſi falli velit, non tam quid ſapientem facturum veriſimile ſit, quam quod ſit conſili- um capientis ingenium, eiuſq; natura cogitare debet. *Fr. Guicciard. hiſt. lib. 7.*

A ſapientum conſilio vehementer abhorret, ſe multa inuidia, & rerum nimio pondere grauare. *Fr. Guicciard. hiſt. lib. 3.*

Ad nimii timoris remedium, cogitandum eſt, omnes humanas a- ctiones multis periculis eſſe obnoxias: verum homines ſapientes cognoſcere nequaquam omnia ſemper euenire, quæ accidere poſ- ſint: fortunæ beneficio pleraque pericula euaneſcere: multa, pru- dentia atque induſtria vitari, idcirco timiditatem cum prudentia, quod plerique rerum cum nomina tum naturam ipſam parum at- tendentes faciunt, confundendam non eſſe: nec ii ſapientes dicendi, qui omnia pericula, quæ quidem dubia ſunt pro certis habentes, at- que ob id omnia formidantes, ſua conſilia ſic gubernant, quaſi o- mnia ſint certo futura: neque enim vllo modo prudentes ſapien- teſve illos habendos eſſe, qui quæ futura ſunt ſupra quam par eſt ti- ment: hoc nomen hancque laudem multo melius fortibus magno- que animo viris conuenire: qui pericula quidem cognoſcentes, ea- que ponderantes (in quo à temerariis qui ea nec cognoſcunt nec ponderant differunt) tamen, quam ſæpe homines nunc caſu nunc virtute è multis difficultatibus ſeſe explicent, etiam animaduertunt. *Idem eod. lib.*

Non efferri propter aduerſos caſus hoſtium, ſapientia eſt. *Thu- cyd. lib. 6.*

Ad virum aliis inſidiantem, qui aliud lingua promptum, aliud pectore clauſum habet, cauendum, magna ſapientia eſt opus: & Numinis auxilio. *Nicet. Manuel. Comn. l. 7.*

Sapientia, ingenii indoles eſt, quam nullus efficere creare ſibi po- teſt: naturæ bonum ac Dei donum eſt. *P. Æmil. l. 8.*

Multi perſuaſerunt ciuitatibus, & ii quidem qui ſapientiſſimi videbantur, aduerſus eos bellum ſuſcipere, à quibus illi qui ad bel- lum impulſi fuerant, interempti ſunt. Multi etiam auxere mul- tos & priuatos homines & reſpublicas, quorum amplificatio iis maxima attulit mala. Multi quoque ii quibus poterant amicis vti per mutua beneficia, quum maluiſſent ſeruis vti quam amicis, iis ipſis dedere pœnas Multi item non contenti partem habentes ſua- uiter viuere, quum voluiſſent omnium eſſe domini, propterea a- miſerunt etiam quæ habebant. Multi quoque vbi diuitias quas ma- xime optabant, adepti eſſent propter illas perierunt, Et ita humana ſapientia nihilo magis nouit quod ſibi vtiliſſimum ſit deligere, quam ſi quis de eo quod ſibi agendum ſit ſortem ducat. *Xenophon. de pædia Cyri. lib. 1.*

Nihil vſque adeo externis iſtis (quæ vocamus) bonis fortuna cinxit atque circumſepiit, vt philoſophia id orationeque libera & acri non poſſit adiri. *Plut. in Alcibiade.*

§ Apophthegmata.

Pythagoras diligenter hoc perpendendum eſſe dicebat. Quod cum homines omnes maximum eſſe bonum in ſapientia ſitum aſ- ſerant, perpauci tamen interim ad poſſeſſionem eius annitantur. *Stob. ſerm. de prudentia.*

Archytas Pythagoreus, Appello, inquit, Sapientiam cogni- tionem nominis rerumque diuinarum, ac prudentiam humana- rum rerum & eorum quæ vitam ſpectant. *Stobæus ſermon. 1. de virtute.*

Thales hominem ex ſermonis ſerie iudicandum putauit ſapien- tem, eum dicere ſolitus: Multa verba nequaquam arguunt ſapien- tem. Sapiens enim non niſi quam res poſtulat, loquitur, perpau- cis ad interrogata reſpondet. *Eraſm. libr. 6. apophtegm. 4. Laert. libro 6.*

Solon, Sapientiam aiebat tantum cæteris virtutibus anteſtare; quantum viſus reliquos ſenſus excellit. *Ant. ſerm. de ſapientia.*

Bias, eos qui inani ſapientiæ vocant, ſimiles eſſe noctuæ oculis dicebat. Huius enim oculi noctu quidem valent: ſole autem ſplen- dente cæcutiunt. Et illorum mens acutiſſima quidem eſt in vanita- te contemplanda, ad veri autem hominis obiectum mox obſcura- tur. *Stob. ſerm. 3.*

Diogenes

Diogenes dicebat faciles eſſe Deos ad donandum hominibus vitam: cæterum hanc ignorari ab his, qui quæruntur vnguenta & delitias, his enim qui fruuntur, credunt ſe viuere: quum veram vitam, tranquillam & ſuauem præſtet ſapientia. *Laer. li. 6.*

Idem. Sapienti nihil deeſſe colligebat hoc ſyllogiſmo: Deorum amici ſunt, deorum autem amici ſunt ſapientes, & amicorum communia ſunt omnia, ſapientium igitur ſunt omnia. Sed eodem ſyllogiſmo reiici poterat, petens aliquid: Cur petis habens omnia? At reſpondiſſet, Non peto, ſed repeto. *Laert. li. 6.*

Antiſthenes Athenienſis negabat ſapientem viuere iuxta leges ab hominibus conditas, ſed iuxta normam virtutis. Sapiens enim nō ideo declinat à malo, quod legibus prohibitum ſit: ſed quod ipſa ratio diſſuadet hoc agendum eſſe. *Laert. li. 6.*

Xenophanes. Empedocle dicente, ſapientem inueniri non poſſe: Et merito, inquit, nam ſapientem eſſe oportet qui agnoſcat ſapientem, notans illum qui hoc dicebat, ſuo vitio non inuenire ſapientem, *Laert. li. 9. c. 1. Ant. in Meliſ. par. 1. ſer. 50.*

Ariſtot. dicebat, ſapientem ſibi ſufficere, eo quod omnia quæ ſunt aliorum, ſunt & huius, qui cum omnibus habet amicitiam, & amicitia facit omnia communia. *Laert. li. 6.*

Alexander videns Diogenem in dolio decumbentem: O vas, ait, ſapientia refertum! At Philoſophus aſſurgens, Regum, inquit, omnium maxime, vnam abs te fortunæ guttam expeto, vt vel dolium hoc (quod vocas ſapientiæ,) illæſum mihi permaneat, ſine quo parum feliciter ſapientia agitur. *Stob.*

Dionyſius dicere ſolebat, ſe à ſapientibus amicis ſibi cauere, quando certum haberet ex his eſſe neminem, qui non imperare mallet, quam ſeruire. *Eraſ. li. 5. apoph.*

Cicero luſit in quendam, qui cum prius habitus eſſet ſtultiſſimus, poſt adeptam hæreditatem primum rogabatur ſententiam: Cuius, inquit, hæreditas, quam vocant, ſapientiam. In verſus pro facultas, mutauit hæreditas. Apud Poetam enim verſus ſic habet: Cuius facultas, quam vocant ſapientiam. Significauit autem hæreditatem illi pro ſapientia contigiſſe, & ob hæreditatem iam habitum ſapientem. *Eraſ. lib. 4. apoph.*

Seneca ſapientiam deſcribens dicebat, eſſe idem velle atque nolle, perfectum item bonum mentis humanæ: à rerum natura non aberrare & ad illius legem exemplumque formari. *in epiſt. & l. de vita beata.*

Ab Alphonſo Aragonum rege cum quidam ſciſcitaretur, quomodo in tot diuitiis pauper effici poſſet? reſpondit, Si ſapientia venditaretur. Quo dicto oſtendere voluit, ſe pluris ſapientiam rerumque cognitionem facere quam diuitias & regnum. *Panor. in proœm. lib. 3. de reb. geſt. Alph.*

Idem ſapientiam Dei filiam appellare ſolitus eſt, eamque ſolam rerum omnium eſſe immortalem, atque ex omni genere animantium ſoli homini conceſſam. *Panorm. in proœm. li. 3. de reb. geſt. Alphonſi. Arag.*

Chilon. Sapientiſſime dixiſſe putatur, cum monuit hominum bonitatem ita auro probari, quemadmodum aurum Lydio lapide. Oſtendit enim permultos, qui aliis vitiis reſtiterint, opum deſiderio multoties à virtutis tramite deduci. Et qui aduerſus opum improbitatem conſtans fuerit, eum facile de cæteris vitiis victoriam reportaturum. *Fulg lib. 12. c. 2.*

Thales interrogatus, quo pacto optime iuſtiſſimeque quis viuere poſſet? Si, inquit, quæ in aliis reprehendit, ea ne faciat ipſe. *Laert. lib. 1. ca. 1.*

Pyrrhus cum vouiſſet Palladi, in Athenienſi arce rem ſacram facere: Athenienſes libere cum in vrbem atque arcem receperunt. Verum poſtquam vrbe egreſſus fuit, dixiſſe fertur, Mirum in modum gratam extitiſſe fidem, quam ſibi Athenienſes habuiſſent. Cæterum ſi ſaperent, in poſterum regi nemini portas aperturos eſſe. Quo dicto oſtendit, non eſſe ex re liberæ ciuitatis, in cuiuſquam principis manu libertatem ſuam credere. Cuius conſilium non ſecuti Athenienſes, cum poſtea Caſſandrum quoq; in vrbem recipiſſent, magna atq; innumerabilia mala ex eo tulerunt: re ipſa experti ſe à Pyrrho ſapientiſſime monitos eſſe. *Fulgoſ. libro ſexto, capit, 2.*

Scipio Afric. negabat aliter cum hoſte confligi debere quam ſi aut rei opportunitas obueniſſet, aut dira poſtularet neceſſitas. Nam & proſperam gerendæ rei facultatem omittere, maxima dementia eſt: & in anguſtias vſque pugnandi compulſum, abſtinere ſe prælio, peſtiferæ ignauiæ affert exitium: eorum, qui iſta committunt, alter beneficio fortunæ, vti alter iniuriæ neſcit reſiſtere. *Valer. Max. li. 7. c. 1. Bruſ. li. 2. c. 32.*

Q. Metellus deuicta iam Carthagine, in ſenatu ſapientiſſime neſcire ſe dixit, plus ne boni vel mali Reipub. illa victoria attuliſſet. Quoniam vt pacem reſtituendo profuiſſet, ita Annibalem ſubmouendo nonnihil nocuiſſet. Eius enim tranſitu in Italiam dormientem populi Romani virtutem excitatam: metuique debere ne acri æmulo liberata, in eundem ſomnum reuolueretur. *Valer. Max. lib. 6. ca. 2.*

M. Cato affirmare ſolebat, inſanos prudentibus longe vtiliores eſſe, quam inſanis ſapientes. Quippe qui ſapientes, cum ſtultorum errata inſpicerent, ob id in melius vitam mutare ſolerent: at amentes, cum diſcendi capaces non ſint, ex ſapientium benefactis fructum percipere nullum poſſunt. *Fulgoſ. lib. 7. c. 2. Eraſm. lib. [illegible] apoph[illegible]theg.*

Auguſtus Cæſ. in omni verbo prudentiſſimus, eos qui [illegible] cauſas ſe periculis exponerent, ſimiles eſſe dicebat iis qui aureo hamo piſces capere tentarent. Hi enim amiſſo ſemel hamo, plus [illegible] accipiunt, quam ex multorum piſcium captura lucri. *Fulg. lib. 7. [illegible] pit. 2.*

L. Paſſienus. Is Neronis vitricus, à quo & Nero maxime [illegible] eſt, dicere ſolebat, ſe malle quorundam iudicium quam beneficium, & quorundam beneficium quam iudicium, quo Seneca aſſerit [illegible] nihil ſubtilius atq; inſignius cognouiſſe: in diſtinguendis [illegible] vitiis, atq; curandis.

Anonyma. Abhorrens ab omni mulierum aſpectu, cum aliquando fœminam obuiam haberet, quæ aperto ſupercilio eam intueretur increpans eam, in terram proſpicere iuſſit. Illa autem reſpondens ait: Quomodo tandem ego intuear? cum æquius ſit te eam intueri, qui ex ea conditus ſis; quam me, ex te ortum habentem! *Idem* [illegible] *9. c. 16. Eccl. hiſt.*

Coſmus Medices. A Stroſſianis quandoque in exilium pulſus [illegible] Benacum, à miſſo ad ſe nuntio interrogatus quid ageret, prudentiſſime ſane reſpondit, ſe Gallinæ incubanti frequentem adeſſe, vt [illegible] poſtea fructu potiretur. Cuius reſponſio nuntius ille in riſum [illegible] uerſus, non animaduertit viri prudentiſſimi reſponſum continere, vt de reditu in patriam aſſidue cogitaret, quam non multo poſt [illegible] natus Veneti ope conſequutus eſt, *Ioan. Baptiſt. Egnatius* [illegible] *7. c. 2.*

Saladinus. Fuit Saladinus Princeps Ægyptius (id quod vix [illegible] perſuaderi poſſit) dum vir longe clariſſimus. Namque imperij ſui fines in primis auxit: & feliciſſime diu rerum potitus, Christianorum quoque opes ita in Oriente attriuit, vt Hieroſolymis [illegible] Chriſtianum nomen in hunc vſque diem ex Syria eiecerit. [illegible] vero moriens in ſumma rerum felicitate teſtamento [illegible] cauit, vt interula tunica linea, quam geſtare ſolebat, [illegible] longæ haſtæ affigeretur, exclamaretque aſſidue, qui lanceam [illegible] ret, hanc vnam eſſe reliquam tunicam, quæ, illi ex tanto [illegible] tantoque imperio ſuperfuiſſet. O vocem præclaram! [illegible] que in primis, quam inſolentiſſimi Principes frequenter [illegible] animo repetant, nobis omnibus vita functis, nihil omnino [illegible] eſſe, niſi quid bene ſancteque geſſerimus. *Ioan. Bapt. Egnat.* [illegible] *7. cap. 2.*

Carolus V. Imper. Multa extant ſapienter ab eo dicta, [illegible] ſequentia occurrunt. Anno 1540. ineunte, per Gallias in [illegible] contendens, Lutetiam Pariſiorum ingreſſus, graui & celebri [illegible] ne exceptus eſt, exquiſitas omnium virtutum ſummi Imperatoris laudes ei tribuente. Oratori paucis verbis reſpondens, dixit [illegible] ſibi eſſe regis affinis erga ſe beneuolentiam, ſed laudes [illegible] butas arbitrari tot eſſe commonefactiones: Qualis eſſe deberet. [illegible] tonio Leuæ & aliis ducibus Iulii Cæſaris & Alexandri exempla [illegible] dantibus nec Carolum vti ſuis victoriis ad potentiæ & magnitudinis ſuæ amplificationem, quantum & poſſet deberet, quærentibus reſpondit, Alexandro & Iulio in bellis gerendis vnum [illegible] honorem & gloriam: Chriſtianis autem Principibus duos [illegible] poſitos, honorem & animæ ſalutem. Ipſe in comparando [illegible] ſe caput ſumere ab Italis, brachia & manus ab Hiſpanis, [illegible] Germanis, ventrem & pedes a reliqua gentium colluuie. Item: neruos belli eſſe pecuniam, commeatus, milites, [illegible] ſi ex iis aliquo carendum eſſet, militē veteranum ſe [illegible] cuius induſtria & fortitudine, reliqua duo ſe ex hoſte [illegible] turum conſideret. In caſtris ad VVitebergam cum de [illegible] rum crudelitate & libidinibus enormia quædam ipſi [illegible] eſſent: Profecto, inquit, ſi quod aliquando mihi accidit [illegible] fortunium, propter iſtorum nebulonum ſcelera accidit. [illegible] ſtremo ex Germania diſceſſu, Vliſſingæ ventos nauiganti [illegible] os expectans, in multam noctem cum Seldio fratris Ferdinandi [illegible] gato locutus: cum ex familia in atrio partim dilapſa, partim dormiente, dato nola ſigno, nullus appareret, Carolus ipſe [illegible] Selido quantumuis excuſanti præfert, eique per gradus [illegible] Hoc tibi monumentum, ait, Cæſaris illius Caroli habeto, [illegible] tot exercitibus & excubiis quondam ſtipati, quem nunc [illegible] familia etiam deſertum vides: & cui tu tot annos ſeruiſti, [illegible] tibi etiam ſeruiit & lumen prætulit. Dixit etiam in poſtremis [illegible] congreſſibus Seldio ſe in hac mutatione ſuæ fortunæ agnoſcere [illegible] tentiam Dei, cui nequaquam velit repugnare. *D. Chytræus* [illegible] *de Carolo V. Imperatore.*

❡ SIMILITVDINES.

Salomonis regis: Tantum inter ſapientem & ſtultum intereſt, quantum intereſt inter lucem & tenebras. *Eccl. c. 2.*

Verba ſapientum ſint veluti ſtimuli, & veluti claui viri [illegible] qui aliis inculcant, quæ ab vno paſtore Deo, vt illis excitentur [illegible] nata ſunt ipſis. *Eccl. c. 12.*

Cognitio ſapientis, tanquam inundatio abundabit, & conſilium illius, ſicut fons purus vitæ. *Eccl. 21.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

...fatui quaſi vas confractum, omnem cognitionem non ... vita. *Eccl.21.*

... Quemadmodum infirmi egent medicina : Sic inſipi... ...ntia. *Apud Max. ſerm.60.*

...: Sicut Sol omnium oculis præditorum lux eſt: Sit etiam ...mnium qui rationali natura participant. *Lib. de ſomniis,* ...*int. in Meliſſ. par.1. ſerm 50.*

...admodum gubernator in naui, magiſtratus in ciuitate, im... ...n exercitu, anima in corpore, mens in anima. Sic reuera ...ſapiens in humano genere. *Lib. de Abraham.*

... oculi ſplendore ſolari : Sic mens illuſtratur ſapientia, ...*quærend.*

...*ramenta* replent ſuaueolentia proximos : Eodem modo ...pientis & contermini ex afflatu eius latiſſime ſe diffunden... ...eſ euadunt. *Lib. de ſomniis.*

...: Tenebræ ipſæ per priuationem lucis fiunt : Ita vt ...m reuera exiſtat, tenebræ vero nihil penitus ſint. Ita, in... ...r ſapientia ad ſtultitiam, opera enim ſtultitiæ tranſeunt, ...m punitionem conciliantia ſuis cultoribus : opera vero ... in perpetuum durant : æternaque cultores ſuos lætitia af... ...*in Eccl.*

...*gora* : Quemadmodum viſus circa omnia viſibilia , & ...circa omnia audibilia verſantur : Sic ſapiencia circa om... ...entium. *De ſapientia. Meminit & Stobæus ſer. de vir...*

...: Quemadmodum ex templi ianua aperta, pulcherrima ...a perſpiciuntur : Sic ex ore ſapientis , animi ſimulachra ...ntur. *Apud Stob. ſerm. eod.*

...: Veluti gubernatores ventorum mutationibus ſe ...dant nauigaturi : Sic vir reuera ſapiens animi ſui affe... ...at, ne ab his deiiciatur. *Apud Stobæum ſermon.* 1. *de* ...

...: Vt paulatim vmbra remiſſa ſentimus nos magis eſ... ...ne : Ita ſenſim imminuta ſtultitia , in ſapientia profici... ...*Moral.*

...amor erga mulierem non deſiderat teſtem, ſed ſat ha... ...mea potiatur : Ita vir ſapiens recti conſcientia contentus. ...ſi te amant, oſtendant & iactant. *in Moral.*

...*guſtini* : Spiritus ſapientiæ ſolus dat veram ſapientiam , & ...facit ſcientiam : quæ cum alicui ineſt , inæſtimabilis ſapor ...dreſcit, & de illa dictum eſt : Sapientia non intrat in ma... ...animam : hæc autem à ſolo Deo eſt, & ſicut officium ba... ...Dominus conceſſit multis, poteſtatem vero & authorita... ...ptiſmo remittendi peccata, ſibi ſoli retinet : vnde Ioannes ...nice & diſcretiue de eo dixit, Hic eſt qui baptizat , in Spiri... ...lia de eo poſſumus dicere : Hic eſt qui ſapientiæ ſaporem ...dam animæ facit ſcientiam : ſermo datur ſi quidem mul... ...paucis, quam diſtribuit Dominus cui vult, & quomo... ...*De ſcala Paradiſi.*

...*entii Iuſtiniani Patriarchæ* ? Sicut cæci corpore propter ...incommoda indigent doctore : Ita & qui in regimi... ...ſunt, opus habent ſapientia. *De inſtitutione & regimine præ...*

...: Vt ſtultitia, etſi adepta eſt quod concupiuit, nun... ...ſe tamen ſatis conſequutam putat : Sic ſapientia ſemper eo ...ſt quod adeſt , neque vnquam ſui pœnitet. *Lib quinto* ...

...*medicorum* ſcientia non ipſius artis, ſed bonæ valetudinis cau... ...mus, & gubernatoris ars , quia bene nauigandi rationem ...tate, non arte laudatur : Sic ſapientia , quæ ars viuendi ...eſt, non expeteretur, ſi nihil efficeret : nunc expetitur, quia ...quam artifex conquirendæ & comparandæ voluptatis. *Lib.* ...

...*Quemadmodum* ſæpe fit , vt is qui commendatus ſit alicui , ...eum faciat , cui commendatus ſit , quam illum à quo ſit, ...nime mirum , primum nos ſapientiæ commendari , ab ... naturæ , poſt autem ipſam ſapientiam nobis clariorem ..., quam illa ſint , à quibus ad hanc veniremus. *Lib. quinto,* ...

...*Lactantii* : Propoſitis bonis , maliſque , tum demum opus ſu... ...peragit ſapientia , & quidem bonum appetit ad vtilitatem, ma... ...reiicit ad ſalutem. Ergo ſicut bona innumerabilia data ſunt ...mini, quibus frui poſſet, ſic etiam mala quæ caueret. Nam ſi ...nullum ſit, periculumque, nihil denique quod lædere ...nem poſſit, tollitur omnis materia ſapientiæ, nec erit ho... ...neceſſaria : poſitis enim tantummodo in conſpectu bonis , ...opus eſt cogitatione , intellectu, ſcientia, ratione : quo... ...que porrexerit manum , id naturæ aptum & commodum ...: vt ſi quis velit apparatiſſimam cœnam infantibus qui non... ...ſapiunt apponere , vtique id appetent ſinguli , quo vnum ...que aut impetus , aut fames, aut etiam caſus attraxerit , & ...quid ſumpſerint, id illis erit vtile ac ſalubre. *Libro de ira, ca...*

...*Senecæ* : Quomodo quorundam lapidum inexpugnabilis fer... ...duritia eſt, nec ſecari adamas, aut cædi vel teri poteſt, ſed in... ...currentia vltro retundit : Quemadmodum quæ iam non poſ-ſunt igni conſumi, ſed flamma confuſa, rigorem ſuum habitumque conſeruant : quemadmodum profecti in altum ſcopuli mare frangunt , nec vlla ſæuitiæ veſtigia tot verberati procellis oſtentant. Ita ſapientis animus ſolitus eſt , & id roboris collegit, vt tam tutus ſit ab iniuria, quam illa quæ retulit. *Lib. d. ad Serenum. capit.* 3.

Et pueri os parentum feriunt , & crines matris turbauit lacerauitque infans , & ſputo aſperſit , aut nutauit in conſpectu ſuorum regenda, & verbis obſcœnioribus non pepercit : & nihil horum contumeliam dicimus. Quare ? quia qui fecit, contemnere non poteſt. Eadem cauſa eſt, cur nos mancipiorum noſtrorum vrbanitas in dominos contumelioſa delectet : quorum audacia ita demum ſibi in conuitiis ius facit , ſi cœpit à domino. Vt quiſque contemptiſſimus, & vt maxime ludibrio eſt, ita ſolutiſſimæ linguæ eſt. Pueros quidem in hoc mercantur procaces , & eorum imprudentiam acuunt , & ſub magiſtro habent qui probra meditate effundunt. Nec has contumelias vocamus, ſed argutias. Quanta autem dementia eſt, hiſdem modo offendi, & rem ab amico dictum , maledictam vocare, à ſeruo iocularé conuicium ? Quem animum nos aduerſus pueros habebimus , hunc ſapiens aduerſus omnes , quibus etiam poſt iuuentam canoſque puerilitas eſt. An quicquam illi profecerunt , quibus animi mala ſunt , auctique in maius errores, qui à pueris magnitudine tandum formaque corporum differunt ? Non immerito ittaque illorum contumelias ſapiens , vt iocos accipit , & aliquando illos tanquam pueros , malo pœnaque admonet, & afficit, non quia accepit iniuriam , ſed quia fecerunt, vt deſinant facere. Sic enim & pecora verbere domantur : nec iraſcimur illis cum ſeſſorem recuſauerint, ſed compeſcimus, vt dolor contumaciam vincat. *Libro* 2. *ad Serenum, c.*1.

Quis phrenetico medicus iraſcitur ? quiſue febricitantis & frigida prohibiti, maledicta in malam partem accepit ? Hunc affectum aduerſus omnes habet ſapiens , quemadmodum aduerſus ægros ſuos medicus : quorum nec obſcœna ſi remedio egent, contrectare , nec reliquias & effuſa intueri dedignatur , nec per furorem ſæuientem excipere conuicia. Scit ſapiens , omnes hos qui togati , purpuratique incedunt, valentes coloratoſque male ſanos eſſe , quos non aliter videt quam ægros intemperatos. Itaque ne ſuccenſet quidem , ſi quid in morbo petulantius auſi ſunt aduerſus medentem. Quo animo honores eorum nihilo æſtimat , eodem parum honorifice facta. Quemadmodum non placet ſibi, ſi illum medicus obuertit : nec contumelium iudicabit, ſi illi honor plebis vltimæ ſalutandi mutuam ſalutationem non reddiderit : Sic ne ſuſpiciet quidem , ſi illum multi diuites ſuſpexerint. *ibid.*

Semen licet exiguum , tamen locum nactum idoneum vires ſuas explicat , & ex minimo in maximos actus diffundit : Sic ratio Sapientiæ paucis conſtat verbis, in opere creſcit. *Apud Eraſmum.*

Cum potentes imperio editi , & conſenſu ſeruientium validi nocere intentent , tam circa ſapientem omnes eorum impetus deficient , quam quæ neruo , tormentiſue in altum exprimuntur cum extra viſum exierunt , citra cœlum tamen flectuntur. *Apud Eraſmum.*

Vt nec mundus creſcit, nec ſol, nec luna, nec mare : Ita pares ſunt omnes ſapientes. *Apud Eraſm.*

Vt grando illiſa tectis diſſultat. magno quidem fragore , verum nulla noxia : Sic inſultus fortunæ nihil poteſt in ſapientem. *Apud Eraſm.*

Vt bonus artifex è quauis materia ſimulachrum fingit, nec in vna tantum materia artifex eſt. Ita ſapiens quamuis fortunam ſapienter adminiſtrabit *Apud Eraſm.*

Vt pumilio etiam ſi in monte conſiſtat, puſillus eſt : coloſſus etiam in puteo magnus : Ita ſapiens in quacunque fortuna ſuis bonis magnus eſt : ſtultus & in ſumma fortuna humilis. *Apud Eraſmum.*

Politiani : Quemadmodum in ſenſibus viſus, in anima mens, & in ſideribus ſol : Sic ſapientia in rebus omnibus excellit humanis. *In Lamina. ex Archita Pythagorici. lib. de Sapientia.*

Plinii: Sicut Mercurius quam minimo ſpatio diſcedit à ſole, licet alio qui vagus & errabundus : Ita non oportet longius ab honeſto diſcedere ſapientem. *Lib.*2.*c.*17.

Sicuti mundus vndique teres ac rotundus ſibi conſtat. Ita ſapiens nihil extra ſe quærit, ſeipſo contentus. *Lib.*2.*c.*2.

Sicut Maroneum vinum, cuius meminit Homerus , vicies tantum aquæ mixtum, tamen vigorem ſuum ſeruat : Ita ſapiens nullis ſoluitur voluptatibus. *Lib.*14.*c.*4.

Vt halcyones etiam media hyeme mare tranquillum præſtant, non ſibi ſolum, ſed aliis quoque. Ita ſapiens turbatiſſimis rebus non ſolum ipſe tuebitur animi tranquillitatem, ſed alios concitatos componet ac ſedabit. *Lib.*10.*c.*23.

Vt in culice non minus admiranda naturæ vis eſt , quam in elephante : Ita ſapientia in maximis pariter ac minimis negotiis, magnum virum oſtendit. Aut ingenii vis etiam in ludicro ac humili argumento elucet. *Lib.*11.*c.*2.

Vt cochleæ lente ingrediuntur , nec quicquam attingunt aut

vſquam ſeſe moueat, niſi cornibus prætentarint: Ita ſapientem oportet eſſe cunctabandum minimeq; præcipitem & pedetentim aggredi, guſtu quodam prius ſumpto. *Lib.9,c.32.*

vt indomita vis adamanti, vnde & nomen additum gemmæ, adeo, vt nec caleſcat igni, nec ferro cedat, quin magis ictum ita reſpuens, vti ferrum ſimul & incudes diſſiliant: Sic ſapientis animus aduerſus omnem fortunæ ſæuientis impetum inuictus. *Lib. 37.cap.4.*

Sicut animantia quædam etiam corporis partes amputant ob quæ periclitari ſeſe ſciunt, veluti fiber: Ita ſapientis eſt aliquando facultatum iactura, vitæ conſulere. *Lib. 8. cap. 30. & lib 36. capit. 16.*

Vt magnes occulta quadam & incognita vi ferrum ad ſe trahit: Ita ſapientia, ſecreta quadam ratione trahit ad ſe animos hominum. *Lib.35.c.10.*

Eraſmi Roterotami: Tradunt Phyſici veteres, ſolem marinis aquis paſci, lunam dulcibus; Ita ſapientes amara quærunt, modo vtilia: ſtulti, quæ delectant modo, ſectuntur. *in Simil.lib.*

Vt Deus plurimum ſapiens & intelligens, minimum loquitur: Ita ſapiens non niſi neceſſaria loquetur. *ibid,*

Sunt qui propius admota nõ cernunt, quæ lõgius abſunt vident: Ita nonnulli plus ſapiunt in rebus alienis, quam in his quæ ad ſe pertinent. *ibid.*

Sicuti quo directius nos ferit ſol radiis ſuis: hoc minor eſt vmbra noſtri: quo obliquius, hoc magis increſcit vmbra corporis: Ita quanto plus quiſque aſſequutus eſt veræ ſapientiæ, hoc minus magnifice de ſe ſentit: quo longius abeſt ab ea, hoc ſe magis dilatat ſtultiſſima perſuaſione ſapientiæ. *ibid.*

Vt ingentes obeliſci magno quidem negotio ſtatuuntur & collocantur ob immenſum molis põdus, ſed collocati ſemel infinitis durant ſeculis: Ita arduum eſt, virtutis aut ſapientiæ pararæ famam, ſed parata nunquam intermoritur. *ibid.*

Arundinis radix contrita & impoſita filicis ſtirpem corpore extrahit, item arundinem filicis radix; Ita viciſſim & pecuniæ ſtudium eximit animis amorem ſapientiæ, & ſapientia ſtudium pecuniæ. *ibid.*

Vti fulmen quodcunque animal protinus occidit, excepto homine: Ita fortunæ procellæ indoctos ac brutos protinus animo deiiciunt, ſapientem non item. *ibidem.*

Sicut Aquilo initio vehemens, deſinit lenior; contra Auſter initio lenior deſinit vehementior; Ita qui præcipites magno impetu aggrediuntur, frigeſcunt in proceſſu; contra qui conſilio ſuſcipit, magis ac magis accend tur operis progreſſu. *ibid.*

Thriueri. Nimius cibus ſæpe ineſcat voraces; Et nimia ſapientia ſubinde infatuat ſapientes. Ergo oportet hic citra ſobrietatem ſapere, & illic citra appetitum cibum mittere. *In apophthegmat*, 88.

Pueri quos vitiauit parentum indulgentia, ſtatim vbi voto excidunt, ſolent ringere; Idem euenit tandem ſapientibus huius ſæculi, qui omnia didicerunt pro ſuo arbitrio gerere, exemplo Aman & Achitophel. *in apoph.*89.

¶ Exempla Historica.

Hebræorum ſapientiæ ſignum illud certiſſimnm eſſe, Ioſephus lib. 2 contra Apionem aſſerit: quod cum Græcorum philoſophia in varias ſit deducta ſectas? Hebræorum ſemper vna permanſerit. *Ioan. Metellus.*

Iniquitas Ægyptiorum ſacerdotes tantopere fuit admirata ſapientiæ nomine: vt præſtantiſſimi Græcorum philoſophi peregrinati ſint, eruditionis cauſa. *Strab.lib.*17.

Chaldæi Babyloniorum antiquiſſimi, eum locum in ſua Republica, quem in Ægypto ſacerdotes obtinuere, hi per omnem vitam philoſophari, aſtrorum peritiam tenere, nunc auguriis, nunc carminibus ſacris, mala hominibus auertere, bono afficere, auguria, inſomnia prodigiaque fida interpretatione explanare. *Sabell.lib.2 Enn.2 ex Diodor.lib 2.*

Septem ſapientes Græcia habuit Solonis tempore, qui fuiſſe vna perhibentur Delphis, & poſt Corinthi: vbi communem quendam conuentum eorum conuiuium Periander inſtruxerat. *Theat. Zuing for.*1190.

Catharina virgo Coſti Alexandriæ principis filia, ſacris literis partim ſtudio, partim diuini ſpiritus afflatu adeo fuit imbuta: vt accerſitos à patre vndecunque doctiſſimos viros & philoſophos ad perſuadendam idololatriam, refellendamq; vnius Dei religionem, viuaciſſimis terruerit argumentis, & in ſuam opinionem pertraxerit. *Theat. Zuing.fol.*1200.

¶ Hieroglyphica.

Veluti Fortunam rotundo lapidi inſidentem pingere veteres inſtitueruut: ita *Sapientiam in quadrato* ſtatuebant, ex hoc hieroglyphico volubilem illam, huius vero firmam & inconcuſſam iudicantes. *Petr.Val.l.39.p.381.B.*

Sane vero cum Minerua conſilii prudentiaque Dea diceretur, aliquot in oſtentis *Noctua ſapientiæ* ſignum fuit: vt quæ in Hieronis priuati adhuc hominis haſta conſediſſe conſpecta eſt, proſperum bello, quod iniit, nam haruſpices hinc eum cautum in conſiliis futurum prædixere, id quod ſapientiſſimum totius eius vitæ regimen comprobauit, *Idem, lib 20 p.*188.

¶ Emblema.

Sapientia humana, ſtultitia eſt apud Deum
Emblema v. Ant. Alcia.

Quid dicam? quonam hoc compellem nomine monſtrum
Biforme, quod non eſt homo, nec eſt draco?
Sed ſine vir pedibus, ſummis ſine partibus anguis
Vir anguipes dici, homiceps anguis poteſt.
Anguem pedit homo, hominem eructauit & anguis:
Nec finis hominis eſt, initium nec eſt fera,
Sic olim Cecrops doctis regnauit Athenis;
Sic & gigantes terra mater protulit.
Hæc vafrum ſpecies, ſed religione carentem,
Terrena tantum quique curet, indicat.

¶ Fabula.

De Aſtrologo & Viatore.

Contemplans quidam noctu cœlum & ſtellas, in foſſam, quam ante pedes traductam non viderat, incidit. Tum alius eadem faciens, cum de gemitu illius ac oratione, quod acciderat, cognouiſſet. Optime, inquit, tu qui os in cœlum erigebas, terram potius intueri debueras.

Fabula oſtendit, reperiri quoſdam, qui futura prædicere non dubitent cum quæ ante pedes ſunt, non videant. Irridetur Thales à Threſſa ancilla ſimiliter apud Platonem, quamuis in laudem hoc Philoſophiæ à Platone conuertatur. Sed ſic res ſe habet, vt ille ait:

Crede mihi ſapere eſt non nimium ſapere.

De Vulpe & Paſſere.

Palumbium nidus erat ſuper arbore quo prius pulli quam volarent venire conſueuerat vulpes, & poſtulare mercedem quaſi penſionem habitationis illius, quod diceret ſuam eſſe arborem, à maioribus ſuis poſſeſſam, ac auibusquoque tempore ad [illegible] landum elocatam fuiſſe: petebat autem pullum vnum, qui ſi non daretur, totum nidum ſevaſtaturam, & illam palumbium familiam deleturam eſſe minabatur. Grandiores igitur palumbes [illegible] monibus illius territi, pullum à ſe annis pluribus exigi paſſi ſunt. Itaque incubans ouis mater ſemper mœſta erat cogitatione & dolore amittendi pulli. Hanc triſtem conſpicatus prætervolans paſſer, rogat quid rei ſit, aut cur perturbetur eo tempore, quo læta in ſpe fœtus deberet? cum palumbes, quem caſum metueret & qua anxietate tenebatur, exponit vulpiſque iniurias & totam rem [illegible] ſerit. Hic enim vero palumbem ſimplicem irridere, & caſtigare [illegible] lidam verbis: Quid enim tu cenſes, inquit, vulpino generi [illegible] arborem à natura peculiarem procreatam eſſe? Minime [illegible] eſt, mihi crede, neque ſi quid proprium attribuere vellet [illegible] rum vulpibus, arbores, vt opinor, quas non poſſent illæ aſcendere, ſed ſpecus & dumeta contuliſſet, Sed etiam tu cognoſce [illegible] cordari poſſis à matre tua audiuiſſe, mercedem vulpi, vt arbori inſidere tuto liceret, datam eſſe. Verum ſit ita & Vulpis [illegible] tur ſuo, quin tu tamen minas illius ſpernis, quippe quæ [illegible] & quam aſſequi vulpes omnes, quotquot ſunt, nequeant. Quin facies, cum excluſi fuerint & vulpes ad penſionem [illegible] affuerit, negato te illi quicquam debere: cumque ſolitas minas [illegible] ſurparit, hoc modo reſpondeto: non te vereri, ne vulpes arbores aſcendant cum tam ponderoſis caudis. Paruit conſilio palumbes, & vulpem paulo poſt cum ſuperbia, & minis aduenientem ad mercedem ſumendam ita ablegare, & ea oratione refutare cœpit, qua fuerat à paſſere inſtructa. Tum vulpes dolos factos ſentiens [illegible] tamen palumbis ingenium ad talia explicanda non eſſe [illegible] ſciret, & alium fuiſſe architectum intelligeret, remittere ſe palumbi quicquid debeat ſibi, & omni metu à ſe illam liberare, de quo iure decedere ait, modo indicet, à quo talem reſponſionem [illegible] & illo conſilio inſtructa fuerit. Palumbes nihil cunctata, paſſerem ſibi præmonſtratorem & ſuaſorem fuiſſe dicit. Ven[illegible] paſſerem, vt forte in terra conſtiterat, vulpes, diſſimulans ſe quicquam comperiſſe: &, ſæpe, inquit, mecum admiror ac ſuſpicor [illegible] nus veſtrum, cui natura tantam agilitatem tribuerit, vt in [illegible] alte euolare, & celeriter quocunque libuerit deferri, atque [illegible] & maria tranſire poſſitis. Sed vna videtur res, ventorum & procellarum vis, contraria, & moleſta eſſe vobis, capitulis tam paruis & ſubtilibus præditis. Nihil, inquit paſſer, illa vis, quam [illegible] nocere nobis poteſt: nam quoties hæc commota tempeſtate [illegible] tur, ſub alas reclinata capita ita abdimus & protegimus: ac ſimul recondit ſub ala caput. Tum vulpes irruens de improuiſo illum corripit, atque diſcerpens vlciſcitur contra ſe ſubiecta palumbi conſilia.

Fabula notat eos, qui aliis cauere & conſulere ſolent, ſibi ipſis neſciant.

PO
POLYANTH

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN